



El Latino De Repente



H-20-24



EL LATINO DE REPENTE

de Lorenzo Palmy

reno

Palinodia Latina eiusdem.

Discurso en Romãcesobre las elegãtias.

Elegancias de phrases de Manucio.

Elegancias de vocablos de Nizolio.

Indice nuevo y copioso.

Apologia Latina.

Que no se han de traer elegancias en la
licion de Cesar, y a esta ocasion se declara
la methodo de leer Comentarios de Cesar
a Caualleros.

QVINTA EDITIO.

EN CARAGOÇA

Impresso, en casa de Lorẽço, y Diego
de Robleshermanos, Impresso
res de la Vniuersidad,
año 1588.

In domo Q. Ioannis Costa, Apud Aegidium
Martinez Faues Bibliopola.

A PROBAÇION.

E Go Fr. Ioan. Baptista Burgos sacre Theologia, & iuris Canonici Doctor, vidi ad-
ditiones has ad phrasas Pauli Manutij a Lau-
rentio ~~Almyreno~~ compositas, & nihil in eis
inueni fidei, aut bonis moribus repugnans,
idcirco meum subscripsi nomen. 2. August.
1578. Burgos.

VA este tratado del Latin de repente re-
partido en
Caudal.
Platicas,
y Vfo.

El caudal, son estas Elegancias del hijo de
Paulo Manucio, que agora salen a luz en len-
gua Castellana, y las Phrasas mias ya impres-
sas segunda vez, año 1574.

Las platicas, para que a los niños no da-
ñen tantos Synonymos, y los mancebos ten-
gan materia para hablar de repente, se im-
primieron con los Progymnasmas, que lla-
man Opera minora, año 1573.

El vfo, es vn tratado mio de Exordios, que
se dize Eloquentia inuenilis: donde estan los
exemplos en Latin, de lo que los preceptos
de Romance en las platicas aduierten.

Palis

Palinodia Laurentij Palmyreni, ad eruditissimū virum Ioannem Bonifacium publi- cum Oratoriæ facultatis interpre- tem, & societatis Iesu alum- num, Pintia seu Va- lladoliti.



CVM multa varistemporibus (doctis-
sime Bonifaci) tacite pertentarent con-
scium pudorem meum, palam verò dif-
fidentiam non sine aliquo mentis mo-
tu proderent, tamen nescio quò, vt sic di-
cam, animi stupore factum est, vt ne-
que instituti mei exponendi occasionem exquirerem,
neq; fusius & apertius illa, quæ litteris publicè man-
daueram morosis lectionibus esse declaranda iudicâre.
At nuper cū legerem Arist. commentarium, quo res
admirabiles ab aliis acceptas exponit, intellexi, quan-
dam Abyd. mente captum fuisse, & in theatrum eun-
tē multos dies spectare solitum, & applaudere, tanquam
in eo actores essent, qui posteaquam resipuit, dixit: to-
tum illud tempus quo mentis non erat suæ iucundis-
simè traductum esse. Thrasylaum quoque Axoneum
ab atra bili ita affectum fuisse, vt existimaret, naues
omnes, quæ in Pyrazum appellerentur, suas esse, quan-
diuq. eo morbo laborarit iucundissimè vixisse: po-
steaquam autem opera medicorum antiquam vale-
tudinem receperit, dixisse: nunquam sibi in tota vita
melius fuisse quam cū insanus esset. Declarant hu-
iusmodi exempla errorem mentis nonnullis homini

bus iucundum videri: si cui verò talis infania, aut er-
ror, voluptatem vnuquam attulit, eam mihi longè sua-
uissimam fuisse, negare non possum. Conscendebam
enim adolescens suggestum theatri huius Academiæ,
declamabam libere, si quid erat in me industriæ, ope-
ræ, curæ, diligentie, id omne ad iuuenilem alacritatem
ostentandam cōferebam: & quemadmodum anium pul-
li subnascentibus plumis materno nido capi non pos-
sunt, ita me erectis cristis exultantem, & insolentem,
vix hæc Musarum laudata domicilia capiebant. The-
sauros omnes contemnebam quòd Nunnesium, Sem-
perium, Bossum, Decium, Naurum, & Bæcam con-
sortes gloriosi laboris essem aliquando consecutus. Sed
proh dolor! cum me istis Academiæ Valentini proce-
ribus æqualem esse credebam, Thrasylæ Axonci frue-
bar infania. Accessit tandem hæc ætas ingrauescens,
accessere anni seniles, qui me docuerunt longè diuer-
sa sentire. Vicimus iam philautiam, intelleximus, quo
tendat, quod olim Menedemus dictitabat, nempe: mul-
tos Athenas discendi gratiâ cōmeasse, hos primo quo-
que tempore sapientes fuisse, deinde sapientiæ studio-
sos, mox Rhetoras, tandem omnium rerum oblitos, &
ignaros euasisse: nimirum quòd philautiā miserè la-
borarent. Sic mea studia, meos omnes cōatus eo pro-
duxi infelix, vt Quinti Fabij vocem ad L. Aemylum
in me conuerti posse vehementer doleam, cum euen-
tum stultorum magistrum esse pronūciāuit. O infe-
licem iuuentutem, quæ nos docet informes ingenio-
rum partus edere, neque vrsas, catulum lambendo, ex-
primere patitur. Vasa nō prius admittere possūt instil-
latos liquores, quàm aer intus habitans emigrauerit:
evanuerunt in nobis iuuenilia, & alacritas illa defer-
buit, ideo nūc senili tarditate celeres illos motus, qui
bus antea rapiebar, compescens, desidero omnia mea
scripta Vulcano tradere, cognoscens ex euentu, con-
similia fuisse iis, quæ in aëre sunt. Nam ventis spi-
rantes

rantes absumuntur, nubes & nebulas priusquam attollantur, in imbres solui cernimus, halones, & parhelij nihil sunt, nisi inanissima spectra, quoniam futura quadam & ignota ratione se oculis subducunt. Ego iuuenis, nanias, ac nugas, vel exercendi styli gratia, vel obsecundās amicorum affectibus scripseram: eas mox, nescio quonam meo fato, typographus excudit in quidvis potius, quam in hoc natus: deinde sensim me discipuli importunis precibus adegerunt, vt nugas nugis adderem, Hispanica, Latina, Græca temere ad coniungebam: at modo video, discruciorque animo, meas vigilias omnibus esse ludibrio, ita vt ferreus sim haud dubie si tacitus feram, hebes si non intelligam, superius si nō expendam. Nihil autem citius me Palinodiam excitauit, quā libellus tuus mi Bonifaci, quem ignotus ignoto mihi nuper misisti, in quo de nobili & ingenua puerorum educatione, quæcunque apud varios, & variis edita libellis occurrunt, tanquam membra Penthei dissecta, ita in vnum integrilibri corpus à te coguntur, vt planè lectori auidissimo salinum Mercurij, & Mineruæ logothecam exhibeas. Idem argumentum ipse tractaueram antea, sed quoniam tu Latino & eleganti sermone, quæ utilissima adolescentibus esse iudicabas, chartis mandasti, te omnes eruditi diuinis laudibus extollunt, efferunt, exorant: me verò qui Hispano sermone eadem explicare primus in hac regione tentauit oderunt, repudiant, detestantur. O te felicem, qui viam ingressus fueris tutissimam nullis calumniis, nullis inuidorum morsibus expositam! O felicissimos studiosos, qui tua ambrosia alendi, nullum timent fastidium, nullam nauseam perhorrescunt!

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

Hoc est, cum ineptiis nostris, cum elegantissimis, cum preceptis studiosi aulici, prorsus explodemur. Vtinam linguam Hispanam ab omnibus ingenij mei monumē

tis amandasset? Dum enim puerum montanum in sti-
tuolibellus ille noster quas turbas dedit? In quot me
calamitates coniecit miserum? Hei mihi quam fui in
hisse male fortunatus solam Reipublicæ utilitatem ex-
quirens: nihil veritus ne in calumniam raperetur, quod
paruulis & balbutientibus ipse quoque me balbum
præstitissem.

Agat, inquiunt, proh dolor! non tantum inuidi, sed
amici quoque, agat Latine, sua tractet, ne se indignam
provinciam exquirat: nam dum Oratoriæ facultatis
præcepta, dum declamationes varias typis mandauit,
maiorē in hac schola præstantis Rhetoris opinionē
consecutus est nen o. Cæterum posteaquam opuscula
Hispano sermone conscripta nobis dedit, eas suo no-
mini sordes, eas maculas iniecit, quas nulla deinde res,
nulla dies possit auferre. Quam sunt mutata omnia!
ut in peius ruunt! Diuus Hieronymus omni præ-
conio maior, nobilium pueros sibi ad discendam Chri-
stianam pietatem traditos Poëtarum, y Historicorum
litteris imbuebat, non erubescens tantus vir, sum-
mus Theologus, grandæuus senex, se paruulis tan-
quam paruulum fieri, ut eos lucrifaceret, ego le-
uis homuncio id ipsum præstare non potero? Occur-
runt passim in nostra Celtiberia barbari præcepto-
res, qui infelicitè cognito Galeno, aut parum secun-
dis Philosophicis studiis, se ad Atylum Grammaticæ con-
ferentes, ludum aperuerunt, ubi infirmitas, arrogantia,
& barbarie iuuenes magis inficiunt, quàm eru-
diunt, & puerorum pavidam turbam minaci vultu,
voceque territant, nonne laudabile est hos errantes
in viam reducere, & grāsanti latius mulo præsens re-
medium adferre? Laudabile, inquiunt, sed conmo-
dius est, & aptius tuo muneri, ut ista Latino sermo-
ne persequaris, turpe enim est Hispanicè loqui eum,
qui in Cicerone, & iis litteris, quæ ab humanitate no-
men acceperunt, fuerit diu, multumque versatus. Nā
harum

harum auxilio potuit facile rerum plurimarum scientiâ, historia & antiquitatis cognitionem, splendida verborum copia fluentem, & exultantem orationem cōsequi, & quos hominum generi natura tribuit motus animorum, sales, facetiasque, & omnem eruditionem liberò homine dignam agnoscere. Hisce praesidiis si instructus est proferat libere scripta Latina quæ vel posteritati consecrare, illa nullum tempus conteret, nulla ætas absument, nulla delebit obliuio. Hæ sunt illorum voces, hæc crimina, hæc tandem omnia, quæ furē tes æmuli apud imperitos iuvenes de me deferunt, utinam ea coram potius me præsentē dixissent. Utinam editis libellis proponerent, quæ sentiunt, quo possemus æquitatem causæ, qua impulsī hoc fecimus, & copiosè, & audacter ostendere. Sed quoniam tale certamen, contentionemque fugiunt, à te Bonifaci doctissime, parvam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo, ut eam, si quæ dixero, tibi probabo, perpetuo retineas, finaliter, hoc ipso in loco depositam, atque obiectam relinquas.

Completi sunt apinī, adresque multorum me assiduīs lucubrationibus Hispanice gaudientem, lustrantem, ineipientem, & benigni lectoris patientia abutentem, bonas horas, & papyrum frustra consumere. Hæc si qui crediderunt, illud prius crediderint necesse est, me a lotum, hardum, & stupidum esse, nec potuisse Latine huiusmodi abductum impedimentis, quæ illi dicunt aliquando conscribere. aut si aliqua bonorum Auctorum lectione instructus eram, nulla peregrina lingua, ne lūm Hispana, facultatem istam docendi potuisse retardari. Verū si ostendō necessarium fuisse meum laborem, si doceo oportere tale argumentum, vel à me, vel ab alio Hispano sermone tractari, nunquid est causæ mi Bonifaci, quid illa criminatione, qua i me vsi sunt, non solū meum laborem, sed etiam iuuentutis studia, bonos mo-

res, Rempublicamque despexerint. Edit, aiunt, libellos Hispano sermone, & de rebus puerilibus: atq. hac sola causa non modo in res nostras classicum canunt, sed omnem Academiam in me, quasi periculis commouent. Nimirum iracunde profecto.

Nec Priamis tantis totaq. Troia fuit.

Sed argumentationis, qua aduersarij vtuntur, vim ac robur perpendamus, vt omnes intelligant, hos non aliter atque apri se ipsos in apposta venabula ruentes insigere soleat, dum nimis cupide venatores inuadunt, sua sponte nostris armis esse confossos agit, in quibus de rebus puerilibus: quæ nam sunt istæ hæc puerilia? de ratione ediscendi Latinam linguam, de comparanda historiarum cognitione, de morum veritate, de excitandis animis ad veram pietatem, & orthodoxam fidem, de auctorum delectu, de audienda poetica, de conficiendo codice exceptorio, & id genus aliis per multis, quæ omnia ad publicam utilitatem, non ad nominis, aut famæ ostentationem in eo libello persequimur? Quod quæso aliud munus Reipublice afferre maius, meliusve possumus, quam si doceamus atque erudimus iuuentutem, his præsertim moribus, atque temporibus, quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrenanda atque coercenda sit. Fecerunt idem quod nos grauissimi scriptores, & quasi maiorum gentium Dij Budeus, Vives, Linacrus, Cardinalis Sadoletus, & alij sexcenti, curæ aduersarij conuiuiis vident, carpunt, insectantur: quoniam ita puerile institutionem eleganti, & nitida oratione Romanâ exposuerunt, vt in libris eorum singularis eluceat, & excellat industria: tu verò Hispano sermone rem omnem perturbas. Atego facile conuincam, mihi valere maxime ad laudem id, in quo isti dedecus, turpitudinemque constituunt. Illi frustra laborare apud eruditos dicitur, qui actum agit, nonne ridiculus huic sem Latinè exponens, quæ erant ab aliis expositæ? Deinde, si Rhetorum

torum præceptis admonemur, dandam esse operam,
 ut intelligenter audiamur, quoniam modo intelliget
 puer ediscendi rationem, si tradas eam lingua Latina,
 quam nondum agnoscit. Laudantur Elephâtes, quod
 in sylvis errantem hominem ad viam reuocant; re-
 prehenditur Palmyrenus, quod pueros antequam er-
 rent, admonere. Nonne humanum est, & plenum cha-
 ritatis Christianæ signum, patet facere viatori, quæ sit
 flectendum, quæ via tenenda, vbi nam æstuaria, palu-
 des, salebræ? scopuli, iter difficile, & impeditum reddant.
 Quanti fecissem ipse olim puer, cum audissimè lege-
 bam Ledonici Viuislibellum de ratione studij, Guil-
 lelmu Budæum de formando studio, Brasium de ci-
 uilitate morum, si laudabilia viuendi præcepta, quæ
 ibi latebāt, agnoscere potuissem? Diuinus ille Eprhem
 Syrus flagrabat ardentissimo studio intelligendi ea,
 quæ Magnus Basilius Græco sermone de rebus sacris
 exposcebat: id precibus Basilij à Deo Opt. Max. conse-
 cutus est: hodie non habemus Basilium, qui tantum bo-
 nū egētibz studiosis adducat. Quare æquum erat, me
 per longo interuallo prope memoriæ, temporum
 quæ nostrorum primum pueris consulentem, non
 dico, magna nominis mei iactura (quod enim est no-
 men meum inter eruditos, quum me vix, ac ne vix
 quidem, vicini cognoscant?) at certe magna beneuo-
 lentia, insignē ali quod beneficium potius quam tot re-
 prehensiones expectare. Sed ne in re nota, & peruulga-
 ta multus, & insolens sim, quæro ab istis quodnam sit
 maius crimen, perperam, aut præpostere docere, an
 Hispano sermone id facere, quo citius, & melius exop-
 tata doctrina comparetur. Nullus erit ita amens, aut
 delirus, qui præcepta vitæ instiguentæ, aut formandi
 studij, in vtilia & inutilia quantumuis eleganti, & spic-
 dida oratione ornentur, accommodatis, & vtilibus ante-
 ponenda esse fateatur. Scilicet serant Latine de eadem re
 sexcenti, at pueri Latini sermonis prorsus ignari, nec

præcepta cognoscere, nec consilia sequi, nec institutum amplecti vlla ratione potuerunt. Ludimagistri aliquot, ne suam proderent barbariem, nunquam pueros ad lectionem tam necessariam excitabant: quo factum est, vt clarissimorum virorum scripta iacerent neglecta, & utilitas expectata dilitesceret. Versabantur interim in animo meo multa, & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem, neque diurnæ, neque nocturnæ quietis concedebant. Perpendebant in primis opuscula illa, quantumuis essent à magnis ingeniis, profecta, excludi omni utilitatis spe, quoniam qui iam laudandarum artium studia absoluisent, iis minime indigebant: qui verò nunc denuò laboriosos Grammaticorum Canones ediscerent, frustra lecturi essent Sebastiani Corradi de officio discipuli non intellecta consilia. Desiderabatur ergo dux, qui pueros Hispanos Hispano sermone ad viam reuocaret, at quoniam in hac puerili institutione errato nulla venia, rectè facto exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur, multi hunc eruditi fugiebant laborem, timentes ne imperita multitudo dictaret id factum esse Latini sermonis, & Romanæ elegantiae inopia, vt Hispanè de Ratione studij præcepta conscriberent. Ceterum ego, qui mihi omnia potius perpetienda esse duxi, quàm Reipub. ornamenta contemnere, audacter hoc munus suscepi, quoniam quicumque præclaris in rebus industriam suam exercent, vel ad ciuium futuram utilitatem sua studia conferunt, ij vel si spem fortuna frustretur, omni tamen excludendi laude non sunt. Excitauit igitur multos puerulos ad eas artes quarum vitæ par vsus, & possessio est: si id Hispani cè feci, commissum à me nihil est, quare videar accusandus: nam præcepta, & concilia, quæ ibi à me de officio boni discipuli traduntur, nullus hactenus aut insulta, aut inepta esse dixit: tantum affirmant amici, nedum aduersarii, Hispano sermone conscripta
ridi

ridicula euasisse. Reuocent, reuocent isti in mentem
 minus laboriosum fuisse mihi, ex Latinis scriptori-
 bus, Latinam epitomen colligere, quam Hispanè lo-
 qui, cum neque Bethicam, neque Carpetaniam, om-
 nino reflante fortuna, unquam videre potuerim. Si
 per annos triginta Academia Valentina meas oratio-
 nes, declamationes, Elogia, Dialogos, & non pau-
 cas ex temporarias præfationes audiuit, cur timerem,
 ne sibi quisque persuaderet, me destitutum Latina su-
 pellectile ad Hispanam confugisse? Num occurrebant
 res Cosmographicae, quæ olim deterruerunt Mar. Tul-
 lium? Quanquam igitur consecuta sint tempora salu-
 taribus nostris consiliis vehementer inimica, nullis
 tamen difficultatibus ardor animi semel incensi remis-
 susest, sed alacritas acrior effecta, cum intelligerem
 in charitate erga proximum omnia auxilia honestis la-
 boribus & studiis esse collocanda. Quamuis enim ra-
 tionibus speciosis videntur isti meum institutum de-
 primere, leues tamen sunt, & quasi prætexæ in pariet-
 bus nebulae, & quemadmodum Isaronem legimus &
 num calceum amicisse in eo flumine, quod solum
 in toto terrarum orbe nulli vento est obnoxium hoc
 est, dum vîrtutem, & immortalitatem aëreo vellere
 expressam sequitur, aliqua affectum parte exutum
 fuisse, cur nos Christiani si nonnullorum vocibus
 carpinur calceum, id est affectum istum non depe-
 nimus? Sed quid moror aliorum iudicia cum viderem
 à te nostrum laborem probari? De cuius ingenio, res-
 tantia, consilio, comitate, vitæ instituto, aliisque suis
 ornamentis, si ordine dicturus essem, tam amplum &
 redundans mihi sese aperiret argumentum, et non
 vnde sumendum mihi esset principium, aut qua
 sequendum, prospici oporteret, sed institui sermo-
 nis exitus sollicitè requirendus. Hac ergo Palinodia
 tibi rerum mearum rationem reddere statui, aper-
 tè confitens, meas lubationes esse ablectas, &
 humi

Palina
 diatribe

humiles, interim tamen serio credens, impetite iuuentuti esse summo opere necessarias. Ne verò solam haberes Apologiam, addidi meas interpretationes elegantiarum quarta editione & auctas, & emendatas: munus magis mihi accomodatum, quàm tibi necessarium, tibi enim multo his nostris meliora dominascuntur: sed nihil habui maius, quò meam erga te obseruantiam posteris testatam relinquerem. Vale, Valentia, Calendis Augusti, 1578.

Discurso para el Latino de repente.



SSI como en cada region la naturaleza produze cosas señaladas, así en cada vna de las edades, en cada vno de los siglos, saca a luz cosa mas excelente: pues vemos que en vna Region se cria el balamo, en otra el ambar, en otra los diamantes, segun dize el Poëta:

Non omnis fert omnia tellus.

En la niñez del hōbre, en la mocedad, en la senectud, infinitas cosas vemos que son mucho de alabar, pero muy diuersas. En los siglos tambien, si lo pōderamos, hallamos que en vno ha hauido singulares hombres de guerra, en otro de letras, en otro de agudezas, y sutilezas de ingenios. En este siglo dende el año 1500. que corre, hasta el año 1600. parece que con la buena sombra de los inuictissimos Philipo Primero, Carlo V. y Philipo II. han llegado las cosas a la cumbre. Porq̃ en guerra los elogios de Paulo Iouio nos inuestran admirables Capitanes; en Theologia, la Bibliotheca

theca Santa de Xisto Senense, ha puesto en memoria infinitos Doctores. En Medicina, y Mathematicas, el Nomenclador, y la Bibliotheca de Lycotthenestraen numero copiosissimo. De mi facultad puedo dezir, q̃ hallamos en nuestro siglo tan excellentes, que parece podiamos yguarlos con los antiguos. En Italia, y Francia pulidissimos Latinos se han visto hasta oy: pero entre Tudescos, aun que se han hallado muchos humanistas, pocos han tenido estylo, que no fuesse duro, escabroso, y afectado. Para que mejor se vea esto, y conozcamos nuestra felicidad, hagamos cõparacion del estylo de nuestros abuelos con el de los que en este siglo han florecido. Vno que oy ha ochenta años era muy estimado en Italia, escriue deste modo:

Nostra impexa orationis series alicui nō placet at nos anheliter sa pumice, crebroq; ariete barbarorū phalāges expugnare, et rugas sermonis pene recutiti in arcē ingēti aquare cylindro enixissimē studemus Laudū tuarum alius erit tubicinator et cōcumulator nobis ieiunīs, &c.

Yo querria mas hablar Tudesco, que no vñ. Latio tã aspero, y con tan duras metaphoras como este. Vea el moço estuudioso *Orationes Ludouici Regis, Sigonij, Mureti*, y otros que en los Prolegomenos de mi Rhetorica he puesto, y conoscera el bien que tiene, y quan felice ha sido nuestro siglo.

Pero como las opiniones siempre confunden lo bie ordenado, algunos han querido porfiar en sacar nouedades, pretendiendo que la Copia verborum no era necessaria, antes muy dañosa: sobre lo qual, siendo yo muy moço, tuue gran controuersia con el Doctor Antonio Beuther diligentissimo Coronista Valenciano: porque dezia, que bastaua para nombrar vna cosa tomar su propio nombre. Despues en esta escuela muchos varones dotissimos publicamente han enca recido los daños que en nuestro estylo causa la Copia, lo qual ha parado, en que no exercitandose como solia

solia, muchos doctos moços, con su gran dotrina, que dan mudos. Los que yo he visto caudalosos en vn pulpiro, se criaron de pequeños en exercicio de copia verborum, y despues les he oydo, con gran copia, dezir mal della. Lo primero que allegauan era, que causa a cyrologias: porqué no ay mas de vn vocablo propio en cada cosa, y dexando aquel, por fuerça hauemos de caer en el improprio. Esta razon parece que concluyes: pero miren bien los efectos, y juzgaran. Yo querria que se viese oy la costumbre antigua de los Locrenses, que cada vez que vno inuentaua alguna ley, o constitucion (en tanto que la publicauan) le hazian estar con vna soga a la garganta, y arrimado a vna horca, porque si no conuenia a la Republica, le castigassen: creo cierto que no se desterrara tan lexos la copia, ni passara tan adelante el dictar que oy se vsa, cargando ya los moços en escritos, y dexando de leer los libros impresos.

La Copia verborum es tan antigua, que tégo por nouedad el echarla de las Escuelas. Bien me parecio la opinion del Doctor Andres Sempere, ornamento de la Academia Valentina, porque hauiendo en vn ayuntamiento que se hazia para ordenar las classes, propueso que libros se leerian, y diciendo vno, que leyessen la copia de Erasmo, con muy gran eloquencia le confuto, mostrando la ocasion que ay en aquel libro para hazerse barbaros los moços. Pero despues, con el calor de la disputa, passo adelante, hasta dezir que ningunna copia era buena: lo qual no me parecio, aun que se fundaua en el paso de Ciceron de oratore: assi le respondí, todo lo que hallaran en la pagina sesenta de mi Campi Eloquentia, y se hizo constitucion se leyesse en segunda Classe, tomando los preceptos de Erasmo, los exemplos de Ciceron, como oy se haze.

La buena inuencion de Erasmo no se puede vituperar, mas el sacar formulas lo quedi de Suetonio: mas parece

parece inopia fordí la, que copia elegante. Tomemos
 en Themas, y tratemos lo por Suetonio, sin tener cuen-
 ta con la copia, pues el es autor tan breue que no pue-
 de en ello ayudar, mas valdta mucho para conocer sus
 phrasas.

Estudiava leyes un vezino
 mio, hallandose solo, arro-
 jo el libro en el suelo, por
 q̃ no veyá ganancia, y pro-
 metio a sus amigos una ce-
 na, si le trayan su regalo, q̃
 era la vihuela: y no hazié-
 dolo, sin quererlos escu-
 char los condeño.

*Attendebat iuri quidam Ci-
 cinus meus, & cum ageret
 secretū, ad terrā dedidit librū
 quoniam capturam nō vide-
 bat. Et cōdixit amicis suis: ca-
 nam si adferrent testudinē,
 quē illi erat in oblectamen-
 tis cū id facere recusarent,
 inauditos condemnauit.*

Siguiendo a este la copia de Erasmo, como podia yr
 buena? Así que es menester sacarla de autores pulidos,
 y sino estarle sin ella, pues vemos que vale mas una es-
 meralda fina, que diez diamantes falsos.

Y para esto, el primer cuydado ha de ser echar fue-
 ra acyrologias, y archaísmos, porque aū que en el Pro-
 logo de los Menechmos de Plauto, dize:

Ei liberorum, nisi diuitia, nihil erat.

No he de ser tan amigo de variar, que tal phrase ad-
 mita, pues manda la regla.

*Particula nisi, non nisi similia, & eiusdem generis,
 excipere seu excludere debet.*

*At liberi. & diu ita, in hac Plantino Versu, dissimilia,
 et diuersa genere sunt, quare videtur insolenter dictum.*

Y a cada passo los buenos autores vñan la particula
 nisi deste modo: *Nullos habet nummos nisi aureos: nullos
 Poetas amat, nisi Homerum: nullum seruum, nisi Dauid,
 fidelem putat.*

Queriédo Melsenio dezir, que Erotio andaua muy
 encédida tras la bolsa del moço, y no por ser hermoso.

Voluit mar supinum. breue istud, quod habes. (dize)

Quanto

Quanto más pulido sale deste modo:

*Hac mulier marsupij istud, quod habes odor ata est.
Hac mulieris marsupij eius odor ad naves peruenit.
Marsupium tui huius mulieris, naribus odorem obiecit.*

Y si en el Prologo del Poemulo hallo *magis maiores* nugas, y en el Culex de Virgilio *magis beator*.

Quis magis optato queat esse beator ano?

Y es del mismo Plauto:

Tum nihil inuenies magis certo certius, dize estas palabras Aristophonte a Hegio en la Comedia *Capterberi*: ya se ve que son hellenismos, y archaismos, los quales ha de euitar el que quiere copia pulida, assi como; *me consule prohibui*: aun que Iosepho Scaliger dize que lo halla en buenos autores.

La segunda cosa es, procurar de tener buenos textos de Ciceron emendados, o de Lambino, o de Leonardus Malaspina, o de Manutio, porq̃ de otros hallaras a Ciceron deprauado, y parecete ha buen vocablo, y si vas a las correcciones de Lambino mudaras de proposito. Antes que las obras de Ciceron saliesen emendadas por estos, muchos estudiosos y satros *non curantia*, e, por descuydo, confiados de vn passillo ad Q. fratrem, pero agora quedamos corridos, pues dize *nostra Vrania*, y deziamos *articulare salutem dicere*, y oy vemos que *articulatum* es bueno, y *articulate* barbaro, y con todo esso no diremos *articulatum salutem dicere*, ni *magis magnos*, pues Folsio Ursino ha mostrado que en el libro quinto, cap. 1. de los Comentarios de Cesar ha de dezir *minus magnos*.

Tambien has de tener ojo al assiento de los epithetos: porque no dire yo *mollis flamma*, como muchos porhan, pues no ay cosa mas aspera para nuestras carnes que la llama. Dirasme, Virgilio yso.

Est mollis flamma medullas.

Yo entiendo esse verso deste modo, que diga: una blanda llama de amor se come los tuetanos de la Reyna Di-

9
na Dido. Sino, la llama y fuego del amor se come los blandos tuetanos: porqu e el mollises accusatio o antiguo, y ajuntale con medullas, y no con flamma.

El quarto punto es, ponderar que ay phrasi que saca da del asiento donde el autor la puso, jamas cae bien. Dize Cesar, l. 1. cap. 6. *In hostium numero habuit.* Quiere dezir matolos todos.

Hablando de los Esguicaros, con los quales tan cruda guerra tenia, no es de creer, que despues de la vitoria diga Cesar que los tuuo por enemigos, que sera absurdo: sino que para escusar nombre de cruel, no oso dezir, mādolos degollar a todos, pone essa phrase honesta. Mas no osare yo dezir: Almagro mato a Picarro.

Almagrus Picarrum in hostium numero habuit: porq̃ faco la phrase de su asiento. Tambien seria muy duro dezir: *Rex iam soluit.* Ya se embarco el Rey. Porque en Ciceron, y Cesar de lo precedente y adjuntos se toma acomodado: pues

Soluere nauium

Est plena locutio. Et si se confectis, nauium soluiimus.

Sed plenior est.

Nauium soluere in portu. Et interea è Portu nauium nostra soluitur.

Nam plena locutione dicunt etiam Latini soluere. Et Cesar, l. 4. *Hic constitutis rebus nauium idoneam tempestatem, tertia se e Vigilia soluit.*

Cicero. l. 3. de Offi. mercatores ab Alexandria soluisse.

En la vna parte precede idoneam tempestatem, y cae bien soluit.

En la otra, ab Alexandria, pero no precediendo algo que ayude, queda la phrasi imperfecta, y no se puede colegir, si dize. *Rex soluit*: el Rey pago el dinero, o se embarco.

El quinto punto que has de mirar, es en la copia de los Adagios, porque ay gran peligro: y ciocisto en mis Adagios lo he tratado.

Si Ciceron nos dexara lo que variaua cō Mimo Roscio, ahorraramos mucho trabajo: porque de solo vn passo q̃ le podemos colegir, nos da grã gusto: y es este.

Suaue cosa es acordarse de los trabajos passados.

Iucunda memoria est prateritorum malorum.

Suaus est laborum prateritorum memoria.

Habet prateriti doloris secura recordatio delectationē.

Pero pues no podemos gozar desto seguiremos a los que de sus libros lo han sacado: y entre todos es Manucio el mas pulido: aunque los doctos se queixan que no dio praeceptos de copia, como hizo Etalmo, como Ioã Marinello en el libro que se dize: La copia de le parole en la lingua Toscana, año 1566. Y Horatio Toscanella, en el libro que se dize: Modo distudiare le Epistole famigliari de Cicerone. 1567. Yo en obra agena no he querido poner la mano, y por esso hize la segunda parte, donde pongo el uso, y platica destas elegancias.

Otra falta he hallado notable con la experiencia, que vn dicipulo como vee que no està cada phrasi en su ringlon, muchas vezes en lo que compone me trae vna phrasi, y media de la otra, pensando q̃ es todo vno, queriendo dezir, que estaua loco, y dixo:

Furete caput ad insaniam.

Y reprehendiendole, me dixo que lo prouaria por Manucio en el titulo, o vocablo furioso. Desangañele mostrando como *ad insaniam*, y *furorem* y uan con el verbo *reducitur est*.

Para remediar esto, comence de poner muchas phrasas mias con las de Manucio deste modo.

Todos dicen mal de vos.

Omnes maledicti tēc onerant grauissimis.

Turpi quadam in te conferunt.

Pessime tibi omnes dicunt

Turpissime, atque acerbissime de te loquuntur.

Omnes tibi grauissime obrectant.

Nesca

*Nefaria quadam de te dissipant,
disseminant,
iactant.*

Valde te vituperant.

Vehementer accusant.

*Ita de te loquuntur, ut honori tuo aspergant maculam
laborem inferant,
tenebras offundant.*

No determino yr alla.

Non sum stans.

Certum est mihi non iter arripere.

Decreui minime Siam sine iter aggredi.

Statui nequaquam me illuc conferre.

Consilium est haud me illuc ricipere.

transfere.

Constitutum est mihi nullatenus illuc proficisci.

contendere.

iter habere.

iter facere.

Siam capere.

Si a mi padre y a vosotros agradaua.

Mecum patri vobisque placet.

non displiceret.

animo sederet.

esset pergratum

inueniendum accideret.

cordi esset.

gratis impium accideret.

non esset iniueniendum.

non esset ingratum.

Malaya yo fino me lo pagas.

Male quae contendenda cadunt omnia si impunitus discedis

Aduersa opto omnia si hanc iniuriam inultam impu-
nitamq. dimitto.

*Aliter cadant ac spero. Exopto omnia si impunitus
hoc scelus tulerit.*

Præter opinionē accidant omnia. si uō castigatus abieris.
Luego le vino al pensamiento como podría alcançar
lo que desleaua.

Statim exegit aut quomodo posset expletē desiderium suū.
Occasionem est nactus. Et expleret d'uturnam sitim.
Cogitando inuenit Et impleret desiderium suum.
Hoc quidē machinatus est. Et compleret desiderium suū.
I d'molitus est quomodo saturaret desiderium suum.

ea parauit quibus ad xitū traheret quæ bebat.
ea reperit quibus exqueretur quæ in totis
ea deprehendit quibus conficeret. (habebat.
expe ures,
efficeret.

I nuenit quomodo ad finem perduceret.
Paruēstiganit ea quibus mentis ardorem extingueret.
p. t'retur re amata.
quod desiderabat haberet.

Indomitam atque effrenatam animi sui cupiditatem
adeo xotatum ducit et licum.

Delta manera antaua yo traçando los trabajos de
Manucio, y añaad a los titulos, o capitulos q̄ en el fal-
tauan, y por no offender al Autor, procuraua poner
los suyos primero, y con vna estrellica, o asterisco, di-
uidir los mios de los suyos; y tenia por cierto que fue-
ra vna muy acomodada traça, assi para hallar de pref-
to lo que el nino de Syntaxis ha menester, como para
ayuda de memoria, yendo assi a modo de tablas, que
luego con los vazios representan al ojo, y a la memo-
ria, lo que busca.

Pero consultando con el Impressor, vi que ni mi
bolsa bastaria para tan gran costa, ni el moçuelo de
Syntaxis (al qual van estos trabajos endereçados) quer-
ria, o a vezes no podría gastar diez reales en vnas Ele-
gancias, segun es costosa la impressiõ en España.

Lo que hasta agora hauemos dicho es para el que
oye

oye Syntaxis: pero el de primera Classe, para tratar su Rhetorica, no se a de contentar con las Elegancias de Manucio, sino teniendo las bien decoradas, alce su pñ-
samiento para la *Exergacia subiectid Symptoce, orbis nu-
mer sus. &c.*

Exemplo.

Como tuuiste tan poca verguença de succeder al
duño de esta cosa.

Diras por Manucio.

*Non te pudor illius a tanto facinore abduxit à tato scola-
re auocans, ut tanti Viri ades intrares, domū possidere.*

Mas alto diras con Ciceron.

*O audaciam immanem: tu etiam ingredi illa domum
ausus es: Tu illud sanctissimum limē intrare? Tu illa-
rum adium dñs Penatibus es importunissimum ostenderet
Aqui no solamente ay Synonymos en
domus, ades.*

intrare ingredi.

Pero aun anaphora en: *tu etiam.*

tu illud.

tu illarum.

Polypteton en, *illam.*

illud.

illarum.

Periphrasis ornata epithetis: importunissimum. I. e.

Dñs Penatibus, metonymia pro domo.

Conóceras en esta Copia la excellencia de los Apto-
res, que no solamente en prosa, pero aun en verso, dan
luttre a lo que toman entre manos, pues la excellen-
cia dellös no es en tratar cosas comunes, sino en tratar
las en forma no comun. Diue que mas comun pue-
de fer, que

En primavera se ha de arar el campo.

Pero oye a Virgilio.

Verenono gelidas canis cum montibus humor.

Liquitur & Zephyro putris se gleba resoluit.

A. D. L. O. L. D. Z.

*Depressio incipiat iam tum mihi Taurus aratro,
Ingemere, & sulco astritus splendere vomer.*

Tambien, que cosa mas comun que dezir,

Vn arbol se enxiere en otro.

Tanto mas a. mirable te pa. e. c. e. r. a Virgilio con estas
figuras diuinas.

*Inseritur Varo ex fatuni cis. arbutus horrida. & steri
les platani malos gessere valetes, castanea fagos, ornuusq.
incanuit albo flore pyri, glandeq. sues fregere sub olmis*

Pero dexemos esto, pues lo he tratado en la segunda
parte del Latino de repente, impressa año 1573. dende
el consejo primero de la pagina 18. adelante donde ve
rael. el tudiofo de q. modo. no variando solamente. pero
amplificando, se da lustre a vna periodo, como si dixesse,
No ay de que sospechar en esse.

*Non cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in
hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio.*

Lucubrationes Laurentij Palmyreni.

Para si en algo te podra aprouechar, o descansar mi
trabajo, he puesto este Catalogo de mis inepcias: y para
los q. de lexos me lo embian a pedir.

Rhetorica quarta editio anno 1578

*Campi eloquentia vbi de ratione declamandi, oratio-
nes, prefationes, epistole, epigrammata, & declamatio-
nes Palmyreni continentur, anno 1571.*

*Eloquentia iuuenilis, vbi eloquia et exempla exem-
poralis facundia continentur 1578.*

Hypotyposes clarissimarum, et fabellarum Aenariarum 1578.

*Ludicra Palmyreni, vbi lexicon nauticum, exercitatio
Dialectica &c.*

Etymologia Latina quinta Editio.

Orthographia tertia Editio.

Prosodia quarta Editio, 1578.

En la cedula passada andaua embuelto vn titulo de
copiada eloquentia, et vario vsu Epistolarum M. Tulij
ya tenia

ya tenia mucha parte acabada, y dexola, porque vi lo mas de mi trabajo ya anticipado en vn libro q hizo Horatio Toscanella q se intitula, *Modo di studiare le Epistole famigliari di M. Tullio Cic.* y otro que dize, *La Cepia delle parole per Giuanne Marinello.* *Phrases Ciceronis obscuriores. Hispanam linguam conuerse á Lau. Palmyreno.* 1574.

Vocabulario del humanista de aues, peces, yeruas quadrupedos, metales, y piedras preciosas. impresso año 1573. Despues se imprimio en Barcelona: y pensando q el Impressor haria lo que deusa, añadile *Stromata y Selecta animalia.* Pero en aquella impressiõ q fue 1576. no ay ringlon que no este lleno de erratas.

Estudio de la aldea, tercera impressiõ año 1578.

Estudio Cortesano, año. 1573.

Camino de la Iglesia. 1576.

El Cathecismo que yo traduxi de lèngua Francesa en Española.

Enchiridion Greca lingua Lugduni. 1588.

Orus Apollo Grece cum scholijs.

Descanso de estudiosos illustres, donde van Adagios traduzidos de Romance en Latin, Empresas, Blasones, Motes, y Cifras. 1578.

Sylua nummaria, donde se trata de monedas, y phrasas de comprar y vender, y en la vltima impressiõ se añadio el tratado de *Coloribus.*

Segunda parte del Latino de repête, dõde se enseña el vfo, y se pone en exercicios d las Elegacias de Manuicio. para hablar de repête. cõ *opera minora*, ordẽ de enseñar, reglas d escuela, y de *Imitationis Ciceronis.* 1573.

Descuydos de los Latinos de nuestro tiempo, con toda modestia emendados por Lorenzo Palmyreno, en las digresiones que para descansar sus dicipulos hazia. interpretando los Comentarios de Cesar. 1578.

Occurrent in hisce Paradoxis adolescenti studioso lepidã. Et in sinu ferenda rationis dice. i. d. d.

Vocabulario de las partes más principales del mundo, con los de España, mas estendidos que de los de las otras Regiones, y algunas cosas notables en cada Provincia, año 1678.

Oratorio de enfermos, con muchos consuelos de Santos, y oraciones deuotas para aliuio de las enfermedades largas, pesadas, y dolorosas. 1678.

Compendio de antiquitate Romana, para entender a Ciceron, Cesar, y Virgilio. Este fuera ya impreso, sino que salio el del señor Ambrosio de Morales, y pareciame a treuimiento poner yo la mano en cosa que su merced trataua. Pero despues que conferiendo mi trabajo con el suyo, halle que yuamos diuerfos: el solamente tocando lo que era menester para los Epitaphios de España: yo para Ciceron, mude de propósito, y así
(Deo duce) saldra
luego.

¶ Fin del discurso.

L A S

Las Elegancias de Paulo Manucio, traduzidas de Toscano por Lo- renço Palmy- reno.



*O ha hauido mas buen abogado, o de-
fensor en iuxta lo que Ciceron.*

*Aboga-
do.*

In agendis causis Cicero omnibus
antecelluit, praestitit, vicit omnes, excel-
luit inter omnes, antequam omnes, ante-
cessit: patronus Ciceroni conferendus

nemo fuit, neque eloquentia, neque studio, neque fide:
ad iudices, ad tribunalia, ad causas tantum eloquen-
tia, studij, fidei, quantum Cicero, nemo attulit: in iudi-
cijs, in foro, in forensibus causis, in forensi munere, in
tractandis causis, in causarum patrocinij, in defen-
dendo, & accusando par Ciceroni nemo fuit.

No se como acabe mi razonamiento.

*acabar o
concluyr.*

Quemadmodum exitum expediam institutae oratio-
ni, non reperio: non video qui possim institutae oratio-
ni, finem imponere: quo fine institutam orationem clau-
dere, absolueret, perficere.

Acabada ya es la guerra.

In eam curam incumbet, ne qua belli scintilla re-
linquatur: ut belli extrema deleas: ut belli reliquias
persequare, atque conficias: ut profligatum à te, conse-
ctum, absolutum, sublatum, penitus bellum latari pos-
simus.

Acabado es el año de mi guernacion o cargo.

Annuū munus confeci, absolui: annuo munere sum
per-

ELEGANCIAS DE

perfunctus: absoluta est annua administratio, administrationis annuæ finem attingi, ad finem perueni, abiit annus imperij mei.

Acacscione al reues de le que yo pensaua en mi playcô.

Vt causa ceciderim, litē perdidderim, euenit obuēnit, contigit, obtingit, accidit, factum est casu factū est, casus tulit, fortuna tulit: fortuna fecit, fortunæ placuit,

No acacsee esto en hombre sabio.

Hoc in sapientem minime cadit: non est v̄t obuenire hoc sapienti possit: est hoc à sapiente alienum pertinere hoc ad sapientem non potest.

Acacecen muchas desdichas a los hombre.

Innumeris fortunæ telis proposita est, exposita, patet hominum vita impendens, imminet hominum vitæ casus plurimi, euentus rerum varij singulis prope horis eximiscendi, quisquis vitam ingreditur, in hanc lucem prodit, spiritum è cælo ducit, huius lucis v̄sura fruitur, cum casus innumerabiles manent, ei & quæ velit, & quæ nolit expectanda multa sunt, eius animus ex vario rerum euentu perpetuo fluctuet, necesse est.

Con alegro rostro recibe a los que le visitan.

Completitur quisquis eum it̄ salutatum, quicumque ad eum honoris causa venit, accedit, adit: euntes ad eum salutandi causa, salutantes eum honoris causa, perhumane excipit, hilari admodum ac benigno vultu, omni genere humanitatis, quod vultu, ac verbis exprimi possit, quam libet humanissime, sic vt nihil humanius: eo vultu, qui facile gratiam, ineat, bene uolentiam conciliet, hominum animos amore deuinciat, ad amandum alliciat.

Querria que V. M. me alogie se en alguna cámara de su casa.

Velim mihi commodos, accomodos de cubiculo: si mihi cubiculū cōcefferis, meo cōmodo consules: si nō me vti cubiculo tuo: liceat mihi, cubiculo à te cōcesse tuo,

tuo beneficio frui, tua humanitate, ac liberalitate.

El era para toda cosa.

Præcipuo quodam naturæ munere aptus erat, accommodatus, appositus erat ad omnia, aptus ad omnia videbatur, ingenium acceperat à natura, ad omnes res appositum, atque accommodatum: eo erat, eo, utebatur ingenio, quidvis ut exequi, & præstare satis comode posset, natus ad omnia videbatur: dederat hoc ei natura, quicquid aggrediretur, ut egregie conficeret, ut excelleret: habebat hoc à natura, ut quamcunque ad rem se conferret, quamcunque caperetur, ea non pessime perfunderetur, ex ea cum laude discederet.

Nunca me apartare de Vuestro lado.

In omni te fortuna comitabor, tibi comes ero, me tibi comitem adiungam, assiduam me comitem habebis, hærebo tibi, hæreo lateri tuo, à latere tuo non discedam, non diuellar, semper, nunquam non, in omni te pore ac loco, assiduus, assiduus tecum ero, nunquam abs te seiungar, digrediar, recedam.

Aun no estás habituado, o vez a lo al trabajo.

Nondum laboribus assueuisti: nondum es laboribus assuefactus, laboribus assuetus: labores ferræ, ac sustinere nondum consueuisti, labores nondum satis expertus es, sensisti, tulisti: nondum es in laboribus plane exercitatus, exercitatus, rudis es, insolens, in laboribus nondum tibi familiaris labor est.

No sienten las de dichas. Los que ya estan acostumbrados a ellas.

Malorum consuetudine sensus amittitur: malorum consuetudo sensum adimit, sentiendi vim aufert, stuporem inducit, inicit, interit, sensus obliuiscitur, sensus obliuescit, adimitur, aufertur usu diuturno calamitatum: aduersas res minime ferunt, sensu non percipiunt ij, quorum occaluit animus, quorum animis callum obduxit diuturna consuetudo: qui secundis rebus usque perquam raro sunt, secundas res haud sepe

acomodado, y conueniente.

acompañar

acostumbrado a habituado.

noe.

ELEGANCIAS DE

nouerunt: quorum animi tantum abest: vt recentes ad infortunia sint, insolentes ad iniurias fortuna sint: vt malorum vsu & consuetudine proflus obdauerint, callum contraxerint.

Acusar *Anteq̃ Cato sue tan virtutis cincuentadexes fue acusadoo.*

Cato cognomineto Censorius, qui censorij cognomen tulit, qui Censorius est nuncupatus, qui Censorij cognomine vsus est, cum nemini esset probitate inferior, nemine haberet integritate superiorem, nemini de probitate concederet, bonitate inter omnes excelleret, praestaret, quinquagies tamen accusatus est, in iudicium vocatus est, postulatus est, ei dicta dies est, eius nomen delatum est, causam dixit vite sue, actorum suorum, rerum a se gestarum rationem reddere, vitam suam, atque innocentiam probare coactus est, subiit iudiciu, venit in iudicium, reus fuit, reus factus est, sedit reus, sediteorum loco, iudicium tribunal aliiuit: accusatorum audiuit impura maledicta, acerba conuicia, accusationis molestiam sustinuit.

*Ad eni-
nar.* *No es bien hablar de lo que ad enmar no podemos.*

Abstinentum est earum rerum sermone, omittendus est, dimittendus est, praetermittendus est: abficiendus earum rerum sermo, suscipiendus, inducendus, habendus his derebus sermo non est: quae posita non sunt in coniectura, minime a coniectura pendenti, a coniectura procul absunt: extra coniecturam sunt, quas coniectura antecapere, praecipere, proficere, prouidere, assequi, conicere, coniectare, augurari, diuinare non licet: quae sunt eiusmodi, vt eas vaticinari, ad eas coniectura proprius accedere, de iis certo conicere, certam coniecturam facere, certus vates esse, coniector esse nemo possit, de quibus difficilis admodum coniectura, incerta, & obscura diuinatio, obscurum augurium est, in quibus quid futurum sit, euenturum, quid afferre, parere dies, casus, fortuna, fors possit, suspicari, non licet.

*Padezio tanto trabajo en el camino, que adolecio de Adole-
sna graue enfermedad* cer.

Itineris laborem ita grauamen sensit, expertus est, ita
neris labore ita est affectus, defatigatus, fractus, vt in
grauem inciderit morbum, vt morbo ita affectus difficil
limo, vt agrotauerit periculose, dubia vitæ spe: labor
itineris ita grauiter eum affecit, afflixit vt morbi cau-
sam attulerit & eius morbi, qui vitam in discrimen ad
duceret, in quo de vita prorsus ageretur, vita veniret in
dubium.

Soysme en todo trabajo aduersario.

*Aduer-
sario.*

Aduerlarium te nimis grauem, nimis acrem, infestū,
acerbum, vehementem, crudelem habemus: nimis acer
bus, nimis aduersus, nimium grauis, atq. infensus nobis
es: oppugnas nos quā potes, acerrimē, & grauissi-
mē: nullam aduersus nos iniuriam prætermittis:
nulla nos iniuria, nulla re non laeassis: tuis contra nos
viribus, & eris: tuam in nos vim confers, omnia conaris,
nihil non agis, moues tentas, experiris, machinaris ad
perniciem nostram: aduersario te vitimur nimis acerbo.
nimis infensus: agis contra nos, pugnas aduersus nos,
irruis in nos, quo potes impetu, quā potes maximo:
eo impetu, qui potest esse maximus.

Mucho siento las desdichas que padeceys.

*Aduerſi
d. d.*

Tuæ me calamitates grauitè afficiunt: tua mihi ni-
mis aduersa fortuna grauissima est: tua me torquent in
fortunia: tuis angor, excrucior, affligor, sollicitor, vexor
malis: miserrimum tuæ vitæ statum iniquissimē fero:
ex tuis miseriis dolorem haurio acerbissimum: tuæ me
miseriæ miserrimum faciunt, miser sum tua miseria:
dolor meus ex tuo dolore pendet, tuis doloribus doleo,
angoribus angor.

Gran fama ganareys si en este negocio noos descuydareys. Afama-

Hoc munus, si cum laude administraueris, gesseris, cu-
raueris, in hoc te munere si præclarè gesseris, expressior,
& illustrior tua virtus erit, tua virtus patebit illustrius,
exta-

ELEGANCIAS DE

extabit apertius: magis quam antea patefient, certiusque cognoscentur animi tui bona: qui vir sis, & quantus magis quam antea, res ipsa declarabit: maiorem quam antea ingenij, animique tui significationem dabis: te ipsum oculis hominum aperies, ac patefacies: ipse te sic probabis, ut antea nunquam.

*Afligi-
do.*

Es hoy muy triste y afligido

laceo in mœrore, ac lordibus: afflictus mœrore iacet ac languet animus meus, pessime est animo meo: tristissimis vexor, & conficior curis, mœrore cõtabescō, debilitor, conficior, obruor: nil me tritius: deditus trilitiæ sum.

*Afrenta
do.*

Vos me haueys afrentado.

Ignominia sum à te affectus: tultà te ignominiam: ignominiose sum à te tractatus mihi ignominiam intulisti, attulisti.

Mas afrentados quedaranellos que Vos.

Maiori hoc illis erit fraudi, quàm tibi: vitio dabitur iis, potius, quam tibi: culpæ plus in eos, quam in te conferetur: plus ipsi ferent infamiæ, dedecoris, ignominia, culpæ: grauior ad eos, quàm ad te redibit infamia.

Quan afrenta sera si os conocên de menos es fuer çõ que antes.

Animi tui magnitudinem inflectere, sine summo dedecore non potes: subibis infamiã, si ab animi tui praestantia descueris: excelsò animo eras: si te demiseris, aut humile quicquam cogitaueris, facies turpissime, dedecus admittes, grauis infamia conlequetur, summo tibi erit dedecori.

En lo q̃ vos pensays que ay hõra, digo yo que ay afrenta.

Qua tu itur dignitate, ego deformitatem statuo, pono, loco, sitam cẽseo, positã, locatam, constitutam: quæ in dignitate, cum ego locum infamiæ puto: quod tu valere ad laudẽ existimas, ego dedecus in eo, turpitudinemque constituo: vnde in decus & gloriã speras exoriri posse, inde ego ne dedecus emergat, ne ma-

net

net infamia, ne turpitudine effluat, magnopere vereor.

Para siempre quedays afrentado.

Aeternam ignominiae labem subiisti, sempiternam ipse tibi ignominiam imposuisti: aeterna tibi est huius infamiae nota; ipse te aspersisti, atque inquinasti maculis infamiae sempiternis; spem tibi omnem futurae dignitatis ademisti, nullam tibi in posterum dignitatis partem reliquisti.

Resame que sin culpa os han afrentado.

Doleo, te immerentem conuicio iactatum, exagitatum, vexatum, male acceptum, angor animo, quod ignominiam tuleris nulla tua culpa, quod ignominia tibi sit illata immerenti, quod ignominiose sis tractatus, ignominia sis affectus nullo tuo merito.

No me alabays por lo que yo merezco, sino por dar me a se plazer y contentamiento.

*agradar
o contem-
tar.*

Tantas in me laudes confers, effers me laudibus, non iudicio tuo, meritorum adductus meo, sed ut in eas a me gratiam, gratiae causa, ad colligendam beneuolentiam, gratiam meam his laudibus aucuparis, das hoc auribus meis, largiris mihi, non veritati: auribus inferuis; loqueris ad voluntatem: non hoc ex animo facis, sed eo consilio, id spectans, id sequutus, meum tibi ut amorem hoc artificio, hoc tuo quasi merito adiungas, mihi ut gratificeris.

Nunca os fere ingrato, de lo que por mi haueys hecho.

*Agrade-
cer.*

Semper meminero, memoria retinebo, tuebor mentem atque animo, nunquam obliuiscar, nunquam apud me delibit obliuio beneficia, officia, merita erga me tua, memorem me tibi, quaecunque occasio se dederit, obtulerit, probabo: gratum me tibi, memorereque praestabo: praestabo tibi eam, quam debeo, memoriam, meritorum tuorum, gratum me nullo non loco, nullo non tempore, memorem gratiae referendae studiosum senties, experieris, cognosces; grati animi laudem in me non requires non desiderabis: non committam, ut ingratum

ELEGANCIAS DE

ingratum me appellare possis, ut in illo officio, quod benemerentibus debetur, iure me, ac merito quisquam reprehendat, ut in vitium ingrati animi oō incidam, ne quis mihi turpem ingrati animi notam possit inuere, ingrati animi vitium, crimen, culpam possit obiter, ut ab ingrati animi, vitio, crimine, culpa, turpi infamia longissime scīungar, discedam, ablim, ut valde procul ablim: ut ea culpa vacem: vacuus sim, caream, eius culpa sim exers, quam committunt, qui nullam referenda gratiæ curam suscipiunt, qui de referenda gratia minimum laborant enitar, & ut spero, consequar, ut te de me optimè esse meritum lateris, ut officia erga me tua voluptati ac lætitiæ tibi sint: ut ex tuis in me officiis voluptatem capias, officiorum tuorum fructū feras, percipias, colligas: ut gratiæ tuæ gratiam à me feras, ut parem tibi referam gratiam, par pari, ut referam, ut officia tua paribus officiis æquem, compentem, remunarem, remuneret.

*Pergratio
Vide in
iuria.*

*Agüero Por mal agüero tentantos antiguos, quando en la enzi-
de rajo. na es ya el rajo.*

Maia veteres ominabantur, augurabantur, infaus-
sum omen, mali suentus omen, aduersum, calamita-
tem portendens, incommolorum significans, iudica-
bant, si quercus fulmine percuterentur, ferirentur, ful-
minis ictum sentirent, de cælo tangerentur.

Ajudar. Obligados somos a ayudar a los amigos en las necesidades
Laborantibus amicis opem ferre, opitulari, auxiliū
ferre, auxilio esse, præsto esse, subuenire, subsidio esse,
adesse, minime deesse debemus: amicos, miseris op-
pressos leuare, æquum est, ius est, decet, conuenit: si
quo in malum ceciderit amicus, accurrere, & erigere
iacentem debemus.

Ajudad a la patria que perece.

Ter opem occidenti patriæ: excipe cadentem patriam
medere patriæ grauissime laboranti, eripi summis
miseris patriam, auxiliare, auxilium affer, auxilio sis
patriæ

patriæ, adiutua patriam, noli patriæ deesse, noli committere, ut patriam dederas, ut auxilium tuum patriæ desideret in tam aduersa fortuna, in tantis malis, calamitatibus, infortunis, miseriis, tam duris, miseriis, tribulibus, perditis temporibus.

Suplico a V. M. me de remedio en mis trabajos.

Prospice, consule, prouide rationibus meis, suscipe me, respice fortunas meas, tuere me complectere, foue, ut mea tibi rationes curæ sint, curam suscipe rerum mearum.

To sera con Vd.

Tecum ero, tecum faciam, te sequar, à te stabo, tuis in præsidis erō: tuas partes, tuā causam sequar, tuebor de tuis vnus ero: metuum numera: me de tuis vnus habeo: in numero tuorum ero.

Alaban a Bruto, porque se esforça a librar la patria Alabar de tyrania.

Brutus effertur laudibus, in cælū tollitur, in cælum effertur, laudibus oratur, illustratur, afficitur, celebratur: Bruto, laus tribuitur, impertitur, laudidatur: in Brutum laudes conferuntur, quia contendit, ut in pristinā libertatem patriam vindicaret, restitueret.

Alabar siempre la buena obra que me has hecho.

Tuum beneficium omnibus meis sermonibus illustro, effero, exornabo.

Cato alabo en grande manera lo que hauiá hecho Ciceron.

Cato res Ciceronis ornavit diuinis laudibus, extulit, prosequutus est.

¡Todos te alaban.

Omnes te summis laudibus extollunt, effertunt, exornant, in cælum ferunt.

Nunca me olvidare de la merced que me has hecho.

Istam tuam liberalitatem semper in ore, animoque habebō.

Nunca sino a menos de su palabra y de lo q' era obligado.

Fide semper tuit, et officio singulari.

ELEGANCIAS DE

El año pasado alabauas la paz, mas que todos, agora ya me parece que has muda lo voluntad.

Anno proximo superiore, anno superiore pacis auctor præter ceteros eras, nunc videris à pristina causa desciuisse.

Alabo tu parecer.

Consilium michi tuum probatur.

Muy sano es lo que mi hijo se tan alabado.

Florere laudibus huiusmodi meum, sum me michi glorie duco.

Mucho os estimo por nuestra amistad, y por vuestro buen ingenio.

Cum amor, quem inter nos mutuum esse intelligo, multum tribuo, tum de ingenij tui præstantia ita iudico, ut neminem tibi antepōnam, comparem paucos.

Por muy venturoso me tengo en alabar me V. M.

Tanta esse puto verborum tuorum pōdera, ut ex tua laude omnia me consecuturum existimem.

Ser constante en un buen parecer, es gran alabanza.

Si quis in recta sententia sibi constat, ei magna laus debetur.

To acabo mi carta, rogandote q'seas siempre buen amigo, y amonestandote que sigas el camino de la honra.

Epistolę clausula hæcerit, ut te rogem ut me diligas, te horter ad illud, unde laus emanat maxima.

alcázar *Si os parece que alcançareys lo que pensays.*

Si tibi res facultatem videtur habitura, ut id quod cogitas, consequi possis: si videris id posse cōsequi si putas posse fieri, si euentū speras cū animo tuo congruentem, non alienū, non abhorrentē à tua voluntate.

Alegria *Tanta alegria recibo de tus cosas como de las mias mismas.*

Letitiam ex rebus tuis eandem, quam ex meis, nihilo minorē, quā ex meis, capio, accipio, percipio, suscipio, sumo, haurio: letitia me afficiunt res tuę æque ac meę, pariter ac meę, nō minus quā mę, non secus quam meę,

meæ,nō secus ac meæ,non secus atque meæ,haud ali-
ter ac meæ:tux me res efferunt lætitia, gaudium mihi
afferunt,pariunt,præbēt,voluptate me perfundūt iti-
dē vt meæ,tuis rebus vti meis afficior: quæ meis è re-
bus,eadē michi è tuis oritur iucunditas,voluptas,dele-
ctatio,lætitia,gaudiū,tuis rebus ita lætor vt meis.

*Alegre
roffro Vã
de aco-
ger.*

Huyefe a lo mas alto de la cafa.

*Alo mas
also.*

Eltugit,fuga se abripuit,fuga euasit, ad ædiū sum-
ma,ad summas ædes,ad fastigium,ad culmen,ad supe-
riores,excelliores,sublimiores ædiū partes,abdedit se
in summas ædes,fuga se contulit in summas ædes,fu-
ga petiuit summas ædes.

*Vuestro orgullo y soberuia,de la hazienda que teneys
fale no de las virtudes.*

*Altino y
soberuia*

Tux te efferunt diuitiæ,non tux propriæ virtutes;
insolentia tua,arrogantia,superbia non ex animi,nō
ex ingenij tui præstantia, sed ex opibus tuis manate: istā
insolentiam,elationem animi, spiritus immoderatus
in te parit,nōvlla tua singularis,aut præcipua facultas,
meritorū ve conscientia, sed copię, diuitiæ,opes, res
domestica plus æquo maior,comodorū abundantia a-
nimos tibi facit,tollit te ad istā animi intēperantiam
res familiaris: non vlla tua propria bona,nō artis ho-
nesta scientia,aut virtutis vlla possessio.

Muy soberuio estays.

Nimiū tibi places,plus tibi assumis quā deceat,quā li-
ceat,cōueniat,æquū sit,opōrteat,ratio ferat,patiatur,cō-
cedat,nimiū te effers,arrogas tibi plus quā licet,altius
quā opōrteat,ipse te extollis: ita superbe agis,vt ferri nō
possis,superbia est,prorsus nō ferēda: parē tibi asse-
nē minē vis: te cūctis antefers: omnes despicias, te vero vnū
suspicias: amas ipse te sine rivali, et bi ipse magnus es: æ
que eximius omnia putas esse in te, vno colloca ta, for-
tunā ipsam minus esse te pto, fortunatā putas, persua-
sum habes tuis te fortunis ipsā fortunā anteire.

Merece que todos le amen.

amable.

C 1 Est,

ELEGANCIAS DE

amable.

Est, qui ametur: dignus est, qui diligatur: amore hominum dignus est: sunt in illo quæ amorem conciliare possidet, quæ ad colligendam benevolentiam valent, ad alliciendas voluntates, animos adiungendos, comparanda hominum studia nihil desiderat, nil in eo requirit, nil ei deesse dicas: causas an oris in eo plurimas, odij nullam inuenias. ferus est & acerbus ab huius auitate: expertus humanitatis: prius homo non sit, qui non illum amet, amore complectatur.

Amar.

Ne ay persona a quien yo ame mas que a vos.

Nemo est omnium, in quem magis, quam in te mea sit propensa benevolentia, qui mihi te sit carior: quæ ego vehementius, quam te diligam: qui in ego maiore, quam te benevolentia complectar, magis ex animo, quam te, diligam.

El Verdadero amor es, el que muene por la virtud, y no por interese.

Ita demum laudabilis est, ea præclara benevolentia, quæ virtus, non fortuna peperit: qui virtutem indiligendis amicis, non fortunam sequitur: is optimo consilio utitur, laudabiliter agit, ei laus debetur, honestus, & rectus amor ille est, qui ex animo potius, quam ex fortuna bonis exoritur, emergit, existit, emanat, effluit: qui cunque fortunam in amore spectat, non virtutem, in iudicio labitur, sincerum in eo, simplexq. iudicium requirit, deficiet.

Deseo que V. M. entienda quã cierto seruidor le soy.

Vellem, quæ sit in te animi mei propensio, possis inspicere, cupere, sensus tibi potest intimos animi mei: vellem quomodo animatus erga te sim, oculis cerneret tibi licere: nil mihi esset optatius, quam ut eas meæ partes, quæ oculos latent, ab oculis remotæ sunt, oculis minime parent, possis intro spicere.

Amici.

zuo.

En todo lo que pudiere le mostrare como soy leal amigo.

Nullum erga te officium hominis amatissimi prætermittam: meam in te non mediocrem, non vulgarem,

rem eximia, summam, singularem, incredibilem. bene uolentiam re declarabo, ostendam, patefaciā, quouis officiorum genere testificabor, testatam apud te relin quā tibi probabo, sic officiis ac studiis illustrabo: ut eā & tu, & omnes clarissime cernant, ut ea tibi, atque adeo cunctis hominibus clarissime pateat.

Grandes amigos eran M. Tullio y Ciceron:

Erant Cicero & Cato & amicitia & sensibus in Re- pub. coniunctissimi; amabant inter se vehementer Ci- cero & Cato, & erant pariter in Reimp. animati, & erāt, seu sibus in Rep. consentientibus.

Muy obligado soy a amaros.

Omnibus tibi necessitudinis causis conjunctas ma- ximè sum omnes mihi necessitudinū causas, omnia ne- cessitudinis summa iura, omnes necessitudines inter- cedunt mihi tecum omnia sunt; ita multæ mihi tecū necessitudinis causæ sunt, ut nihil possit esse coniun- ctius; amo te singulariter omnibus de causis; omni- bus ad te amantissimum causis adducor, moueor, impel- lor; causam tui diligendi nullam non habeo, quid est, cur te non etiam atque diligam?

Somos muy grandes amigos.

Amis- tad.

Arctissimo necessitudinis vinculo cōiuncti sumus; quod amoris vinculo astricti sumus, eo nihil potest esse arctius; i. leuius modicū est, ut laxari nullo modo possit; peruenit ad summam amicitia nostra, aucta sic est, ita iam creuit nostra coniunctio, ut nihil ad eam possit accedere, quod vinculum, quod studij genus, aut offi- cij, quæ omnino res amori nostro, amicitia, coniun- ctioni, necessitudini deest? in amicitia nostra requiri, aut desiderari potest?

Desde niños començo nuestra amistad.

Amicitia est inter nos inita, instituta, contracta iam inde à prima adolescentia, amare cepimus inter nos iam tum, cum adolescentuli essemus, in amicitia iam coiuimus à primis adolescentiæ annis: ortus est inter

ELEGANCIAS DE

nos amor, cum ex ephēbis vix dum exēscissemus, esse
mus egressi amicitiam iunximus, animos nostros iun-
ximus iam ab illo tempore, cum annos adolescentiæ
primos attigissemus.

Amor.

Tos amo en estremo.

Summe vehementer, valde, magnopere, maximopere,
maxime, etiam atque etiam, mire, mireſce, incredibi-
liter, unico, ſingulariter, egregie, inſigniter, ex animo,
ex intimo ſenſu, cum primis, in primis, apprime, præ-
cipue, admodum, opido, maiorem in modum, mirum
in modum, minime vulgariter, non mediocriter te
diligō: in te amando nemini concedo, qui te vehemē-
tius diligat, concedo nemini benevolentia in te mea
ad ſummum deſcendit: amor in te meus is eſt, ita accu-
mulatus eſt vt addi nihil poſſit, amorē in te meum
verbis exprimere qui poſſum, quem cogitatione vix cō-
plector, cuius magnitudinē vix mēte cōprehendo: amo-
rē id te meū cogitatione fortāſſe conſequi, cōplectiq.
poſſui, verbis quidē exprimere, explicare, expromere
profecto non poſſum: æque ſimiliter, pariter ac me ip-
ſum, itidem vt me ipſum, non aliter ac me ipſum, non
ſecus ac me ipſum: itidem vt me ipſum: te diligō: ſic te
diligō vt neminem magis, ne me ipſum quidem; cum
te multi diligant, omnes tamen in amore vinco, prin-
cipatū appeto, primas partes mihi vendico, princi-
pē locū obtineo; fero te in oculis: mihi ſes in amoribus;
nihil mihi eſt te carius: ſecundum Deū, poſt Deum, ex-
cepto Deo, cum a Deo diſceſſi, nemo mihi eſt te ca-
rior, ego te vt oculos meos, putō quid oculis eſt carius
diligō. ſingulari erga te animo ſum; vt pater in filium:
ita ego in te ſum animatus; habeo te filij loco, amor in
te meus tantus eſt, quantus poteſt eſſe maximus; hæres
mihi in animo, in medullis, in intimis ſenſibus, ſingu-
lari ſum in te benevolentia; primum in amore Deū:
te habeo proximum.

Igualmente nos amamos.

Mutuo

Mutuo amamus inter nos, pariter, æque, similiter, vicissim, amore non dissimili, mutuo, pari, par voluntas ab utroque nostrum accipitur, ac redditur.

No me haueys mostrando la Voluntad que os tengo.

Animus tuus in amore mihi non respondit: parem in me beneuolentiam minime declarasti, mutue beneuolentie significationem non dedisti: non esse te mutuo erga me animo non æque atque ego sum in te, animatum demonstrasti: tuum in me amorem non esse cum meo conferendum, inferiorem esse meo, infra meum esse, iudicasti.

Querria saber que Voluntad me tienen todos.

Scire velim, quo quisq. in me animo sit, vt quisq. sit erga me animatus, affectus, qui cuiusque sit erga me animus, qui sensus, quæ voluntas: sensum cuiusq. nosse, tenere, callere velim, patere mihi velim.

Animo o Voluntad

No se que me haga.

Accipiti cura distrahor, iactor, versor, animi pendeo, incertus animi sum, pendet animus, inclinat huc, illuc, fluctuat, iactatur, incertus est: quid consilij capiam, vtram, in partem me dem, ignoro: explicare consilium, expedire me es hac deliberatione, exitum meæ cogitationis inuenire non possum: distrahant me diuersa consilia, in vtranque partem ita multa succurrunt, vt difficilis admodum sit, minime expedita, minime explicata, minime explorata, minime certa, per obscura, haud satis aperta deliberatio.

Animo dudoso.

Conozco que eres magnanimo.

Noui magnitudinem animi tui, firmitatem, constantiam, vim, robur, fortitudinem, excellentiam, præstantiam, altitudinem, sublimitatem, excelsum: noui quam forti animo sis, quam constanti, ac firme, quam non demisso, non humili, non imbecillo, non fracto, quam ad omnem fortunam, ad omnes temporum motus, vicissitudinesq. stabili, ac parato.

Animo grande.

Muy amigo soy de los magnanimos.

ELEGANCIAS DE

Præstantis animi viros libenter complector, quorum animus viget, qui animo vigent, qui vigore animi præstant, quorum animus excellit, qui animo excellent, qui sunt excellenti animo, sunt excellenti animo præditi, sunt excellentis animi, in quibus est animi excellentia quædam, præstantia, altitudo, excelsitas, sublimitas, robur, vis, cum his libenter amicitiam cōtraho, in eo, cōcō, instituo, iungo: eos facile amo, amicos mihi libenter adiungo, applico me, adiungo me libenter ad eorum amicitiam, sponte mea, & inductio ne quædam animi ad eorum amicitiam accedo, ad eos amandos propendeo, inclino, mōdo.

*Animo
apocado*

De animo apocado nocūple aguardar altos pēsamiētos.

Ex humili animo, abiecto, pusillo, exilli, ieiuno, angusto, gloriæ cupiditas non emergit, exoritur, existit, effluit, angustos animos ampla & præclara cogitatio non egreditur.

*Animo
esforçado.*

Con tus hazañas se han esfordado los corardes.

Tuis præclaris actionibus, qui antea timebant, excitari sunt, recreati ad bonam spem, ad fortitudinem reuocati, animos receperunt, recuperarunt, collegerunt, reuocarunt.

*Animo
reposado.*

No creerias quan sosegada tengo mi animo.

Vix credas quam æquo animo sim, qua fruar quiete, quam sit animus meus omni cura vacuus ac liber, omni cura vacet, ab omni cura præcul absit, quam sit tranquillitas animi mei status, quam tranquille seipso fruatur animus meus: æquitatem animi mei coniectura vix æsequare, cogitatione haud facile comprehendas.

*Animo
senzillo,
o sin do-
blez.*

No me huelgo de yr entre mis amigos doblado.

Simplex mihi animus est, directus, apertus, nulla simulatione tectus, aut arte coloratus: simulationē, simulatū studiū mea natura, mea cōsuetudo respuit: neq. libeter, neq. facile fingo: simplicē veritatē amo: odi artes quibus veritas vt inuolucro quodam obtegitur.

To soy hombre muy llano.

Simplex

Simplex homo sum: simplex mihi animus, est aper-
tus, nulla simulatione tectus, purus à fraude, ab omni
labe: apertam veritatem amo: simulandi artificium à
me prorsus abest.

*Muchas desdichas me deo afortunado dia pero por mi
choque me persiga la fortuna no me hara couarde.*

Vehementer, acriter, acerbè, graviter me oppugnat,
vexat, exagitat, vrget, premit, aduersa mihi est; infesta
est, infensa est, iniqua inimica fortuna: ego tamen ad
humana omnia, ad eos omnes casus qui humane vitæ
impendent, quibus humana vita subiecta est, propo-
sita est, exposita est, pater, fortis sum; contra fortunam
paratus, armatus, firmus, validus, firmisimis conscien-
tiæ prædiis munitus, res humanas præclare contemno,
negligo, despicio, aspernor: valet animus meus, firmus
est, se ipso nititur, sua in se ipsa prædia ponit: à se
ipso præsidium omne petit, aduersus fortunæ vim
petum, conatus iniurias, tela omnia: minimum res hu-
manæ me mouent, afficiunt, perturbant: minimum la-
bore de rebus humanis, susque deque res humanas fa-
cio: humanis casibus animi præstantia, virtute, fortitu-
dine resisto, fortunæ conatibus obuiam eo, occorro,
obiicio me, oppono me fortiter, atque acriter: fretus
conscientia fortunam sperno: mea contra fortunam
conscientia fortem facit, confirmat, auge, viribus, vali-
diorem reddit, mihi animos addit, virtutem, vires, ro-
bur, fortitudinem, firmitatem.

Los mancebos de sola apparencia se contentan.

Specie capitur adolefcentia, oblectatur, gaudet, lata
tur, speciem amant adolefcentes.

Muchas cosas aprendemos con la experiencia

Multa discuntur, percipiuntur ab experientia: multa
rum terūscientia, cognitio, intelligentia, doctrina capi-
tur, sumitur, hauritur ab experientia, & usu, multa do-
goscuntur experientia duce, multarū rerum magister
est usus, multa docet, ostendit, patefacit, viam aperit

*Proche-
ce vide
tarde se
haze.*

Animofo.

*Apparē-
cia.*

*Apartar
vide in
pedimē-
to
e præn-
der.*

ELEGANCIAS DE

¶ *us ad multarum rerum scientiam: erudimur valde, instruimur, expolimur, ex ignorantia tenebris educimur, ad scientiam, multarum rerum experientia duce peruenimus: multarum rerum scientiam consequimur, experientiam sequuti, experientia docti, experientia magistra.*

Arredamiento.

Poco salario les dan los arrendadores.

Tenui mercede, leui quaestu, exiguo lucro das operas in scriptura, operam nauas iis, qui vectigalia erant, vectigalibus praesunt.

Arrendador.

Es el principal arrendador.

Magister scripturae est: scripturae praest, vectigalibus praest: princeps publicanorum est: illi potissimum demandata vectigalium cura est, ei maxime commissa vectigalia sunt: vnus praecipue vectigalium curam gerit, sustinet: vectigalia praecipuo quodam iure, summo quodam iure exercet.

Siempre conuersays conmigo, pero no tenays aßaz entendida mi intencion.

Aßaz.

Me videris assidue, assiduus tibi mecum intercedit vñ: consuetudo inter nos assidua est, veruntamen plane non tenes animum meum, prorsus non calles mea consilia, non omnino mei tibi sensus patent, non penitus, non perfecte, non ex omni parte, non vsquequaque.

Asseguar.

To no espuedo asseguar, que no os baran agrauso.

Ego tibi a vi praestare nihil possum: vim tibi nullam factum iri, illarum iri, allatum iri, oblatum iri pro certo non polliceor, plane non affirmo: tutum a vi te futurum, ne pro certo existimes nullam fore vim, explore, asseueranter, certo promittere non audeo: ea te cura prorsus non libero, non eximo, eam tibi curam plane non eximo, non adimo, non aufero, ne quando tibi vis inferatur vlla, ne qua aliquando vim feras, sustineas, patiare, sentias, experiaris, ne quid aliquando per vim patiaris.

No soy amigo de engañaros.

Aflu-

Astutiæ mihi non placent, non probantur, non satisfaciunt: astus non amo: artem simulandi, fraudem artificiotectam, mores ab aperta quadam simplicitate alienos, fucum ac fallacias, vafritiem, nimiam calliditatem, astuta ingenia, versuta, vafra, nimis callida, ad astutias, vafritiem, calliditatem propensa, naturali quodam odio prosequor: sum ab astutiis alienus: abhorret animus meus ab astutiis.

Astucia.

Hannibal en cosa de guerra fue mas astuto q̃ todos los Cartagineses.

Astuto.

Hannibal in re bellica, in rei scientia militaris, in gerendis bellis callidissimus, vaferrimus, versutissimus, astutissimus fuit omni Pœnorum, vafritie, calliditate, astutiis, astu, arte, vicit, antevit, antecessit omnes Pœnos, præitit, antecelluit, superior fuit omnibus Pœnis: excelluit inter Pœnos, parem habuit Pœnorum neminem vafritie, calliditate, versutia: astutiis, astu, arte nemo omnium Pœnorum cum Hannibale conferendus, comparandus, æquandus, componendus, ad eam calliditatem vafritiem, artem, qua gerendis bellis Hannibal excelluit, aspirare ex omnibus Pœnis nemo potuit: in bellicis astutiis atq. artibus aspirare ad Hannibalem ex Pœnis nemo potuit, quis Pœnorum Hannibali gerendorum bellorum scientiam par fuit? Quis perfectam belli gerendi rationem ut Hannibal tenuit, calluit, novit, possedit, consecutus est, obtinuit?

Injustamente me maltratan.

Vexor, exagitor, iactor immerito meo: negotium exhibitur immeriti molestiis & iniuriis afficio sine causa: commissum à me non est, ut hæc tam gravia sustinerem.

No ha ura alguno que se escape de tantos males.

Atribuido.

Nulla est acerbitas, quæ non omnibus impendeat, imminet, quæ non omnes maueat: aduersa omnes omnia sustineant: pari omnes calamitate prementur: commiserit omnium, non propria cuiusquam malorum testas, vis malorum, iniquitas fortunæ.

Mala

ELEGANCIAS DE

*Auari-
tia.*

Mala fama tenet de auaro.

Auaritiæ nomine male audis: auaritiæ flagras infamia, laboras infamia, auaritiæ tibi crimen obicitur, exprobratur: in te confertur auaritiæ culpa, tibi auaritiæ nota inuitur: suspectus in primis es auaritiæ nomine: accusaris, reprehenderis, exagitaris, ut in auaritiâ pronior, ad auaritiâ procliuior, ut homo diuitiarum nimis appetens, immoderate sitiens, supra modum cupidus, cupidior quam satis est, auidior quam satis est. nimis in diuitiarum cupiditate.

La auaricia causa muchos males.

Parit auaritia multa mala: exiunt, nascuntur, profiscuntur, proueniunt, effluunt, emanant, exoriuntur ex auaritia multa mala, multorum malorum causa, origo, principium, fons radix auaritia est: multorum malorum causa referenda ad auaritiam, conferenda in auaritiam, ascribenda, assignanda, tribuenda auaritiæ est, culpam sustinet auaritia multorum malorum.

El mas auaro de los Romanos fue Crasso.

Pessime omnium Romanorum audiebat Crassus auaritiæ nomine: maxime omnium Romanorum Crassus auaritiæ flagrabat infamia: aurum sitire, opes appetere maxime, vnus omnium, magis quam ceteri, præter ceteros Crassus putabatur: ne nini grauior, ac turpior in vrbe Romana, quam Crasso, inurebatur auaritiæ nota: auaritiæ vitio Crassus magis quam quemuis alium hominum notabat opinio: incumbere ad opes, inhiare diuitiis tanto studio, quanto in vrbe Roma nemo præterea, Crassus existimabatur.

Es esto tiempos reyna mas la auaricia que nunc a.

His temporibus latissime patet auaritia: ubique, vbiq; locorum, vbiuis locorum, nusquam non est, dominatur, regnat, viget maxime, orbem terrarum est complexa, omnium animos occupauit, ac tenet, in animos omnium irrepit: infesti sunt omnes auaritiæ labes: plus opere in re quærenda, in opibus congerendis, in di-

in diuitiis colligendis, comparandis, contrahendis possit, consumitur, locatur, quam deceat, auaritię vicio hodie se id nemo non laborat, propēsi omnes ferē sunt ad auaritiā, ad summū peruenit auaritia: eo processit, eo est auaritia progressa, quo maxime potuit, quo longius non datur, quo non licet ulterius.

No quiero auenturar, o poner en peligro la salud de mi patria. Auenturar.

Nolo summam Reip. salutem Reip. publicam rem in discrimen, in dubiam fortunam adducere, deducere non committam, vt incertam fortunam Reipub. futeat, vt periclitetur Reipub. salus, vt in dubium vocetur in periculum, in discrimen. veniat.

No he menester vuestros consejos.

Auer me nester.

Non egeo, non indigeo tuis preceptis, admonitionibus, consiliis: super vacante sunt, parum utilia, nullius emolumenti, minime necessaria, locum apud me non habent, a me non requiruntur, non desiderantur, non expectantur tua precepta: tuis mihi monitis nequaquam opus est, tuis carere non itis facile possum.

Donde me he de ser, y de seros ayudar.

Adero tibi, presto ero, opem feram, cum res postulat, vbi opuserit, vbi tempus feret, si rerum tuarum ratio poscet, si occasio requirer, vbi erit de te tua, si pertineat ad te videro, si tua referre intelligam.

Anisadmē de vuestras cosas.

Anisare.

Fac me certiorē, redde certiorē de toto statu tuo, & de omnibus consiliis, significa mihi. expone, aperi, explica. perspicue demonstra, qui sit rerum tuarum omnium status, qui tuus animus, qui sensus, quae consilia sint. fac vt de tuis rebus, tuisq. consiliis cognoscam, intelligam, certior fiat, ex tuis litteris erudiar, instruar, imaginem rerum omnium, cogitationumq. tuarum litteris ostende.

Mucho acrecenta Pompeyo el Imperio Romano.

Aumentar.

Valde Pompeius auxit, amplificauit. In periculum. produxit, protendit Imperij R. tern incs, multum addi

ELEGANCIAS DE

addidit, adiūxit ad Imperiū R. multas regiones in popu-
li R. potestate redegit, populo R. subegit, ad populi R.
ditionem adiunxit, magna per Pompeium ad Imperij
R. vires, ad opes populi Romani accessio facta est.

B

*Benefi-
cio ofer-
micio, o
merced.*

*Yo he hecho todo lo que he podido por el, sin aguardar
que me lo agradeciese.*

Contuli quæ in illum officia . beneficia: merita po-
tui, licet remunerationem plane nullam expectarem:
quantum, in me fuit, quantum efficere & consequi po-
tui, pro meo studio, meaq. industria complexus illum
sum, affeci, ornavi, auxi omnibus officiis, quanquam ab
eo minime parem gratiam expectarem, nullum officij
genus, aut studij, nullam omnino rem, quæ vel ad utili-
tatem illius, vel ad laudem spectaret, omisi, prætermi-
si, infestam reliqui: licet futurum non sperarem, ut me
motem & gratum experirer: omnia quæ, quidem præ-
stare mihi licuit, profecta in illum sunt, cum tamē spe
nulla niterer, spes me nulla teneret futurum aliquando,
parem ut mihi gratiam referret, ut officia mea paribus
compensaret officiis, remuneraretur officiis, æquaret
officiis, ut nullum grati animi signum ostenderet, ut
se memorem gratumq. probaret, ut nullū omnino stu-
diorum, officiorumq. meorum fructum ferrem, meā in
illum voluntatem, & diligentiam, quandocunque res
tulit, ubi tēpus, & occasio postulavit, re probavi, osten-
di, significavi, declaravi, patefeci, spe tamen adductus
nulla gratiæ referendæ: benemeritus de illo sum, quam
potui studiosissime, quanquam illius erga me volun-
tati diffiderem, spem in illius voluntate minimam po-
nerem, pariter animum in me fore non considerē,
licet fore non considerem, ut paribus mihi responde-
ret officiis.

To recibir en esta gran merced.

Hoc ego summi beneficij loco ponam, numerabo in-
ter maxima beneficia referam, hoc apud me non exi-
gui

qui beneficij, non vulgaris gratia locorū obtinebit: Itā credam, tulisse me beneficium singulare, gratiam tantam, quanta potest esse maxima.

Nunca me olvidaré de las mercedes q̄ me haueys hecho.

Tua in me beneficia nūquam obliuiscar, semper meminero, memoria tenebo, perpetua memoria tuebor, custodiam, conseruabo: tua erga me merita nulla unquam apud me delebit obliuio: nulla dies, nulla temporis uerustas, non casus, yllus, non fortuna magnitudinē tuorum erga me meritorum imminuet, ex animo meo delebit, tollet, auferret, obliuione delebit, obruet, obscurabit, extinguet: uigebit in me tuorum beneficiorum æterna, perpetua, nunquam interitura memoria, nullum apud me tuum beneficium intermoriturum existima: tuam in me singularem benignitatem, incredibilem liberalitatem semper in animo, semper in oculis habebor perire apud me, aut euanescere nunquam patiar: he rebunt mihi in animo, mente, memoria, fixa permanent, impressa in animo, ac mente patebunt, extabunt, tua beneficia: vitæ par, æqualis erit recordatio meritorum tuorum: qui mihi vitam dies, ille ipse tuorum officiorum memoriam terminabit. finis mihi ac terminus & vitæ, & memorię benignitatis in me tuę idē erit, futurus idem est: quam amanter me tractaueris, quam benigne mihi feceris, quam studiose in omni re commodaaueris, quam humaniter, ac benefice mecum egeris, quibus officiis amicitiam nostram colueris, prosecutus sis, quibus me rebus auxeris, ornaueris, honestaueris, ipse mihi, atq. etiam aliis commemorabo, ita diu recordabor, quam diu mihi uiuere contigerit.

El buen Ciudadano mira por la re publica.

Boni ciuīs est, ad bonum ciuem pertinet, bonum ciuem decet, suam voluntatē ad publicā causam aggregare, accommodare, adiungere, cōferre, cū publica causa cōiungere, in omni sua voluntate, quid rationes publice ferant, quid Respub, postulet, spectet, intueri

*Bien es
mum.*

atten

ELEGANCIAS DE

attendere: nihil unquam velle à publica re sciunctum, alienum, diiunctum, separatum, remotum, quod Reipub. rationibus non conducatur, expediat, utile sit, quod Reipub. commodum non postulent.

Bonidad

• Hoy por caso haze lugo de un virtuoso.

• Probitas, integritas, probati mores, vita illa quæ cū virtute traducitur, à paucis hodie probatur, colitur, amatur: pauci sunt, qui probitate delectantur, probitatē colant, amant, sequantur: parui est hodie probitas, & morū integritas: qui suū studiū in probitate ponant, pauci sunt: reperiuntur, numerantur, paucos inuenias.

• Al que bien vino gran galardón le esla aparejado.

• Magna sunt recte agentibus proposita præmia: omnes qui sese in recta viuendī ratione exercent, magna merces manet, fructum recte factorum viri boni vberissimum, ac præstantissimum ferēt, præclarā honestāq. p̄stā res vtilissimæ consequuntur vitæ, laudabiliter actæ cum virtute traductæ præmium est decus & earum rerum copia, quas qui possidet, optime cum illo agi existimatur.

• La bonidad sola es bastante a hazer dichoso al q̄ la sigue

Bene sentire, recteq. facere, satis est ad bene beateq. viuendū: v nam qui colit probitatem ei deesse ad felicitatem nihil desiderat, nihil requirit: quicumq. rationē in vita sequitur, ei ad felicitatem ampla, maximeq. certa patet via: probitatem qui possidet summum bonū, nihil ad felicitatem præterea requirit: tōi mores & honestæ rationis felicitatē pariunt: felicitas integritate comparatur: si quis in colenda probitate totus est, feliciter admodum, ac beatissime cum illo agitur.

*Braue-
dad.*

• Concluyamos.

• En fin.

• Por abreniar.

En dos palabras.

Quid queris? noli querere: quid plura? quid pluribus?

bus: quid multa: quid multis: ne plura, ne pluribus, ne multa, ne multis: ne te multis morer, ne multis teneā: quid opus multis: vt in pauca multa conferam: vt paucis concludam, perstringam, vt summam exponam: vt breuitate, vt ar, vt facietatem longe orationis effugiam: ne longam orationem suscipiam.

Largo tēpo busco Ceres a su hñ, segū fingē los Poetas. Buscar.

Vt Poëtarum fabulæ narrant, diu ac multum Proserpinam filiam, quam inferorum Deus Pluto surripuerat, Minerva perquisiuit, inuestigauit, multum studij posuit, valde vigilauit Minerva in filia perquirenda: omnia loca permeauit, perlustrauit, inuestigauit, pene trauit, quod non adiuuit, non accessit, filiam vt Miuxera reperiet? nullum Minerva locum, nullas in quærenda filia latebras omisit.

C

No hablo palabras desto por agora.

Non faciam vt dicam: tacitum relinquam: tacitus prætermittam: tacitus pertransibo, tacebo, silebo, silentio inuoluam, silentio percurram: prorsus hoc omittam, abstinebo, oratione mea non attingam, verbum non faciam, sermonem hac de re nullum habebo.

Caerē de astro. Pesar. Callar.

Al. Rey Deiotaro yuan.

caminar.

Ibant proficiscebantur, commeabant, iter habebant ad Regem Deiotarum: petebant, adibant Deiotarum: adibant ad Deiotarum: conferebant se, recipiebant se ad Deiotarum: erat illorum iter Deiotarum versus, siue ad Deiotarum versus, vt veteres loquebantur: dixit enim Cælius in Epist. ad Ciceronem: iter michi retro ad Alpes versus incidit.

Muy mal camino ay en inuierno de Padua a Vicensa, Caminos

Admodum hieme ditheilis est, incommoda, impedita, plena laboris, & periculi ea via, quæ Patauius Vincentiam fert, ducit, qui se per hiemem in viam dant, vt Patauius profecti Vincentiam perueniant, molestiā

D itinere

ELEGANCIAS DE

Itinere non mediocrem sustinere necesse est, in multas incidant difficultates, multa subeant pericula, multos perpetiantur labores, incommoda odiosa, dura, minime pauca: iter habentibus Pasauio Vicentiam difficultates occurrunt multæ, viæ difficultas, & iniquitas impedimenta opponit maxima, impedimento vehementer est.

No os pongas en camino si no estays bueno

Iter ne suscipias, ne te viæ committas, ne te in viâ des, ne ad iter aggrediaris, ne viam ineas, itineris consiliū abiice, omitte, dimitte, nisi recte vales, nisi optima vteris valetudine, nisi corpore bene firmo.

Note pongas en camino si no estas sano.

Ne te viæ, nisi confirmato corpore committas.

Malos caminos ay en invierno.

Viæ sunt hieme difficiles, incommodæ, impeditæ, abruptæ, iter habentibus odiosæ: nihil incommodius quàm hieme iter habere: per hiemem itinera sunt incommodi plena, interdum etiam periculi.

Malos pasos ay en el monte Apennino.

In Alpibus Apennini magnæ sunt, admodumque difficiles locorum angustiae, per Alpes Apennini iter habentibus magno sunt impedimento difficultates, & angustiae locorum: nihil incommodius, quam illas Apennini montis angustias pertransire, quam ex illis Apennini montis angustis, ac difficultatibus euadere: angusta loca per Apennini Alpes euntibus crebro se obiciunt impedimenta opponunt, difficilem ac laboriosam viam reddunt.

No entres en camino si no te sientes bueno.

Ne te viæ, nisi confirmato corpore, committas: nisi recte valeas, ne te in viam des peregrinandi consiliū, nisi valetudine firma vtaris omitte.

Capitū.

Excelente Capitan fue Cæsar.

Dux, Imperator, rector exercituum Cæsar fuit, quo præstantior haberi nemo possit, præfuit exercitibus
Cæsar

Cæsar eximia cum laude ductor copiarum fuit pemi-
ni fecundus; copias duxit admirabili rerum bellica-
rum scientia gessit bella suo ductu, ex virtute, ac vigi-
lantia, non modo vt superiorem, sed nec omnino pa-
rem quemquam habuerit.

Toda la ciudad seguia a Pompeyo.

Vniuersa ciuitas ducem Pompeium sequebatur, Põ,
peio regendam se dederat, ad Pompeij ductum appli-
cauerant se, contulerant se, adiungerant se vires om-
nes ciuitatis.

Segun el rostro me muestra, mal me quiere.

Quod ex facie, ex vultu, ex oculis, & fronte, potue-
rim colligere, conicere, intelligere, suspicari, vt patui
de vultu, qui est index & imago animi, coniecturã fa-
cere, ex ea significatione, quam mihi vultus dedit, vt mi-
hi vultus significat, ostendit, vt signa quedam, quæ ani-
mum in vultu coarguunt, patefaciunt, exprimunt, mi-
hi demonstrant, male animatus in me est: pessime de
me sentit, inimice cogitat aduersus me, animo est mi-
hi inimicissimo, admodum infenso.

Cara.

*Cara
hermo-
sa, Sive
rostro.*

Va todo tan caro que por fuerza haemos de padecer.

Ita cara est annona, ita grauis penuria, ea caritas, ea
rerum omnium difficultas, ea sunt angustiae, ita care-
vencunt, tanti pretij sunt, tanti sunt omnes res; vt in-
commodis multis afficit, premi, laborare, vexari om-
nes cogantur, ex immoderata penurijs, nimia caritate,
annonæ difficultate existunt, oriuntur, gignuntur, quæ
ferri vix possint incommoda multa.

*Care-
stia.*

*Caras
grandes
vide go-
uernari.*

Vos me escriuis amorosas cartas.

Quas ad me litteras misisti, multo sunt officio refer-
tæ, multis insignes amoris notis.

Cartas.

Claramente he conocido en vuestra carta quanto me amais.

Omnis amor tuus ex omnibus se partibus ostendit
in tuis litteris.

No me dio vuestra carta a buen tiempo.

Epistolam mihi non leco reddidit: reddenda tem-

ELEGANCIAS DE

pus epistolæ parum scite obseruauit, tempus epistolæ reddendæ parum commodè cepit.

Según he entendido, mucho ha holgado con vuestra carta.

Tuæ litteræ, quod facile intellexerim, ei per iucundæ fuerunt, summam voluptatem, lætitiā, gaudium, iucunditatem attulerunt, summa cum voluptate tuæ litteræ affecerunt, extulerunt, per fuderunt.

Es tan importante este negocio, que no os encomendaré a una persona muy conocida.

Non eius generis meæ litteræ sunt, ut eas audeam temere committere.

Yo escriuire mas largo, en tener mas espacio.

Cum otij paululum nactus ero, uerbiores à me litteras expectato.

Pocas veces me escriuís.

Infrequens es in officio scribendi: raras à te accipio litteras, minus saepe ad me scribis, calamo pareis, officium litteratum abs te requiro, in te desidero, impige admodum in scribendo non es crebriores à te litteras postulo, non satisfacis officio tuo crebritate litterarum: crebrius uellem ad me scriberes.

Alegre casa tenía Ciceron.

Casa.

Domu Cicero uidebatur cum primis lauta & perelegantis, habitabat Cicero lautissime & iucundissime; ex Ciceronis ædes erant, in quibus neque lautitiā, neque elegantiam desiderares, erat in Ciceronis ædibus lautitiae multum, atque elegantie.

Diferente trato es el de Jucaza, al de la mia.

Genus rationum in earum dissimulationem habet cum illius administratione domestica: non eadem in re domestica tuenda, in administranda re familiari, in curanda domo, in gubernatione domestica utriusque ratio est.

Procurra Milan que Publio Clodio fuesse castigado por la justicia.

castiger.

Millo poenas à Clodio in iudicio persequabatur: id agebat

gebat Milo, vt pœnas à Clodio debitas iudicio exigere.

Si castigays a este, e spantareys a otros.

Hulus audaciam merita pœna si comprimitis, ceterorum animos frangetis.

Conuiene castigar los mal hechores.

Animaduertendum est in homines nocentes: iusta est in homines improbos animaduersio, animaduersio ne vti aduersus improbos oportet: improbi afficiendi sunt pœna, vendicandi, puniendi, plectendi, vlciscendi, castigandi, malè multandi: sumendū est de improbis suppliciu: capere pœnas de improbis, æquum est: luant improbi pœnas factis dignas: debitum supplicium ne farij homines persoluant: digna eorum factis animaduersione improbi plectantur, afficiantur.

Di de espuelas al cauallo, por salvar la vida.

Cauallo

Vt vitæ consulere, vt euaderem e præseenti periculo, vt periculum vitæ minime dubium, ad hostes equum misi, iminisi, adinisi, incitavi, laxatis habenis hostes versus impuli.

Vos soys causa de estos males.

Causa.

Tu horum malorum causa, tu fons & origo: tu tantas malorum faces incendisti: tu horum malorum initium attulisti, tu hæc mala peperisti, hæc mala excitasti, auctor horum malorum præter te nemo fuit: à te fluxerunt hæc mala, hæc incommoda, calamitates, acerbitates, infortunia, damna, detrimenta, perniciës, exitium, rerum euersio: horum malorum culpam sustines, horum in te malorum culpa confecta est, omnia hæc tibi sunt, ad scribenda, assignanda: has tibi calamitates vni tibi acceptas referre debemus.

Causa ay, de alegraros con tan buen hyor en tiempo tan dissoluto.

Est cur gaudeas, habes quod læteris, iustam lætandi causam habes, lætari iure potes: si gratularis, iure facis, quod moribus tam perditis, filium hab eas cau-

ELEGANCIAS DE

tā modestia præditum: quod is tibi sit filius, qui continentiam in tanta ceterorum insolentia, tam dissolutis, moribus, tā immoderato luxu tueatur, & colat.

Ciertamente.

Ciertamente qualquier que se doxa vencer de la yraz, e cosa que despues le pesa.

Sane, sanequam, certe, certo, reuera, profecto, sine dubio, proculdubio, absq. dubio, quidem, omnino, plane, qui se iracundia patitur efferri, auferri, abripi, a ratione auocari, à consilio abduci, is ea committit, quæ mox infecta velitesse, in eum locum adducitur, vnde exitus non facile datur. eo progreditur, quo paulo post peruenisse poeniteat: certum est, pro certo est, exploratum, minime dubium, nemini obicurum, omnibus apertum, datet, constat, perspicuum est, oculis, ac sensu ipso percipitur, vocari in dubium non potest, venire, in dubium, ambigi, dubitari, nemini dubium esse potest, quin multa mala pariat iracundia, ex iracundia mala multa gignantur, erumpant, fluant, manent, multorum malorum culpam sustineat iracundia, multorum malorum causa sit in iracundiam conferenda

Ciudadano.

Los Romanos hazian Ciudadano, no al mas rico; si ne al mas virtuoso.

Non diuitile, sed virtus aditum patefaciebat ad ciuitatem Romanam: ciuitate Romana donabatur qui virtute, non qui diuitiis emineret: non opes, sed virtus ciuitatem Romanam dabat: patebat Romana ciuitas virtuti potius, quam diuitiis, ius Romanæ ciuitatis consequiebatur, dignus Romana ciuitate putabatur, recipiebatur in ciuitate, ad ciuium numerum adscribebatur, ciuis locum obtinebat, referebatur inter ciues, ad scribatur in ciuitate particeps ciuitatis, ciuiliūq. munerum fiebat, impertiebatur ciuitate, perueniebat in ciuitatem, ei ciuitas comunicabatur, non qui opibus abundaret, afflueret, valeret, sed qui virtute polleret, excelleret, præstaret, non instructis, ac bene paratis a dome-

domestica, sed virtute præditis hominibus facilis erat, expeditus, minime dubius ad Romanam ciuitatem cursus, via patebat, nullo negotio aperiebatur. iura munerumq. omnia ciuitatis Romanæ, præmium Romana ciuitas erat.

Procurad de serbiu en Ciudadano.

Da operam, enitere, vt bonum ciuem agas: bonum ciuem te præbeas, præstes: vt boni ciuis partes tueare, sustineas, agas, exequare: vt boni ciuis officio satisfacias: vt ea præstes, quæ bonum ciuem decet, quæ expectantur ab eo, qui boni ciuis nomen aucupatur, noli committere, caue ne boni ciuis in officio reprehendaris, ne boni ciuis officium prætermittas: ne, quid a te fiat, ne quid committatur bono ciue minus dignum, indecorum bono ciui: ne ciuis eius, qui ciuitate dignus haberi velit, partes in te requirantur, officium in te desideretur: obseunda tibi sunt, præstanda sunt, non indiligenter; aut languide munera boni ciuis.

No lo hazeys por interesso, sino de que esta buena inclinacion.

Comedimento.

Agis hoc nõ præmij spe cõmotus, sed humanitate adductus, benignitate impulsus, studio liberalitatis incitatus, non te ad hanc rem vtilitatis, aut præmij spes, sed humanitas, benignitas, naturæ facilitas: naturæ tuæ ad humanitatem, benignitatem propensio, adduxit, impulit, incitauit. dedisti hoc humanitati tuæ, non præmij: agnosco tuâ humanitatem, debet hoc humanitati tuæ acceptum referri, fructus hic est humanitatis tuæ.

No hauey hecho mas de començar, oprincipiar.

Començar.

Opus non modo non perfectum, confectum, absolutum, ad vnguem factum, sed inchoatum, ac rude reliquisti, tantum abest à perfectione operis, vt principia vix appareant: tantum abest, vt opus ad finem perduxeris, vt minimum vltra principia processeris, vt in ipsis pene principiis constiteris, heseris: vix opus instituiti, vix aggressus es: operis initium fecisti, à fine

ELEGANCIAS DE

autem longe distas: rem tu quidem habes institutam; sed perpolitio requiritur: instituta res est, non perpolitio: operis tu quidem fundamenta iecisti, fastigium adhuc tamen nullum videmus, nullum extat.

Comer. *No soy comedor.*

Non multi cibi sum: minime sum edax, tenui cibo

Cometer vtor.

Vide pe- *Muchos moços mueren por mucho comer.*

cado. Cruditatis multos conficit adolescentes.

Compa- *Por ningún interés, no aceptes compañía de Vellacos.*

ñia.

Nou est cum improbis hominibus iungenda societas, coire nos societatem, coire in societatem, inire societate cū perditis hominibus, dare se in societate perditorū, conferre se, adiungere se, applicare se ad homines perditos, cōiungere se, vinculo se societatis obstringere cum perditis hominibus, vtilitatis vel maxima spe proposita, vel si spes vtilitatis maxima ostēdatur, non decet, turpe est, minime debemus: qui se socium ad perditos homines adiungit, cū perditis hominibus coit, perditos sequitur, comitem se præbet improbis, facit turpiter, cōtra quā decet, minime laudabiliter.

To te acompañare adonde quisieres.

Afsiduū, per petuū, vsq. dum volueris, quoad volueris comitem me habebis, me tibi comitē præbebo, habebis tibi vīq. affixus ero; dū tua volūtas feret: nunquam à te, nunquā à tuo latere, nisi te volente, lubēte, concedente, permittente discedam: nulla me res, nisi tua volūtas, auellet abs te, mouebit, scīūget, disūget, abiunget.

Comple- *Ciceron era de complexion flaca y debil quando moço.*

xion.

Cicero in adolescentia sua, cum adolescens esset, cum adolescentiæ nondum annos excessisset, egressus esset v. aletudine erat, valetudine vtebatur infirma, parum firma, minime firma, haud satis firma, nequaquam firma, paullo infirmiore, imbecilla, non optima, non robusta, satis affecta, satis a demorbo propensa: non recte se habebat Cicero in adolescentia: non omnino valebat,

lebat, minus belle habebat, se habebat, non optime va-
lebat, valetudine erat infirmior, viribus parū firmis, cot-
pore non satis firmo utebatur valetudinis, firmitudi-
nis, firmitatis, virium, & roboris adolescenti Ciceroni
minus erat, quam satis esset, parum valide vires erant,
infirmior erat, imbecillior, tenui, incommoda, vitio sa-
valetudine, parum validus erat, infirme valebat, valetu-
dine erat imbecillior, valetudinis vitio laborabat, va-
letudinarius erat Cicero.

Si no estu tiays tanto biniroy, mas /ano.

Si modum studiis impones, facies, statues, si tibi mo-
deraberis in studiis, si studia moderabere, si tibi pae-
ces in studiis, valetudine melior fies, valetudinem con-
firmabis, conualefcens quotidie magis, firmitior, ac val-
dior fies: bonae valetudinis, firmitatis, virium, roboris
quotidie plus assequeris, ad perfectā valetudinem quo-
tidie propius accedes.

*Las obras de Varron, mas eran acceptas por la gran Compo-
doctrina, que napor el elegante estilo sicion.*

Scripta Varronis ex doctrina potius, quam eloquen-
tia: magis ob doctrinā, quam eloquentiam, rerum cau-
sa, non verborum: probabantur ab omnibus: libros
Varronis, ea quae Varro litteris mandabat, chartis co-
mittebat, componebat, scribebat, litteris persequaba-
tur, litteris explicabat, litterarum monumentis trade-
bat, prodebat, mandabat, committebat, commenda-
bat, monumentis & litteris manabat, ea probabant
omnes, rerum fructu potius, quam specie verborum
adducti.

*Gentil estilo y metodo tuuieron los antiguos en enfor-
narnos la virtud.*

Ita veteres de virtute scripserūt, ut in libris eorum
singularis eniteat, eluceat, emineat, excellat in laudibus:
praeclara sunt à veteribus ad bene viuendū scripta, de
virtutis praestantia tradita, pro lita, memoriae man-
data, monumentis consignata litterarum, scriptis

ELEGANCIAS DE

explicata, consignata chartis, tradita, litteris prodita, litteris mandata, consignata, commendata, comprehensa, expressa, explicata.

Muy bien componeys. Buen esiloteoneys:

Scribis egregiè, scribendi laude excellis, subtiliter, & eleganter scribis, ita scribis, ita versaris in scribèdo, ita te in optima scribèdi ratione exerces, tua vt excellat industria, scribis vt pauci, propriam quandam laudem in scribendo consequeris, præclara sunt quæ ingenio, studioque paris, quæ tua parit industria: mirabiles sunt, minimè vulgares ingenij, & industriæ tuæ fructus.

cosas.

Date a escreuir historia para q̃ pôgas en memoria mis

Velim à te nostrorum temporum consilia atq̃ euentus litteris mandari, res nostras monumentis comendari tuis, nostrum nomen tuis illustrari, & celebrari scriptis: tuis ornari scriptis valde velim: gloriæ sempiternæ commendari per te cupio.

Siempre fucas a luz cosas que te dan fama.

Semper aliquid ex te promis, quod alios delectet, te ipsum laudibus illustret.

De sea mucho componer libros, donde que den vuestras cosas en memoria.

Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

*Compre
hendar.*

Segun he podido cõprehender, he gadado a can tus cartas.

Litteræ tuæ, quod faciliè cognouerim, intellexerim, senserim, coniecero, iudicauerim, quod facile nosse, intelligere, sentire, conicere, coniectura consequi liceuerit, potuerim: ei per iucundæ fuerunt, summam ei iucunditatem attulerunt, pepererunt, magna illum iucunditate affecerunt, perfuderunt.

cellum.

Este monte es vuestro y mio.

Hic tibi mecum, hic inter nos communis est mons, diuisus aquarum diuortijs: particeps vterque nostrum huiusce montis est: mons hic pertinet ad vtrumque nostrum,

nostrum, iuris vtriusque nostrum est: ius habemus v-
terque in hoc monte, æquæ vtrique nostrum huius
montis possessio est.

Partire con vos lo que yo Posseo.

Communicabo tibi imperium tibi rem meam, com-
munis inter nos erit mea res: partem capies de mea re:
rei meæ particeps eris: non minus tibi, quam mihi, ti-
bi pariter & mihi: æquæ vtrique nostrum, nō mihi ma-
gis, quam tibi, mea res patebit: viemur communi iure,
æquo iure, pari potestate mea re: iuris tibi tantum,
quantum ipse mihi, erit in mea re: mecum rem meam
communicabis, communem habebis.

*Comuni
car o dar
parte.
Cōelur
Vide aca
bar.*

*Los Filósofos si algo les acaece, no aguardan el reme-
dio de la fortuna, sino de si mismos.*

Hic est mos Philosophorum, ea vitæ ratio, illud in-
stitutum, non ut à fortuna pendeant, cuius est in re-
bus humanis maxima vis, sed ut in seipsis omnia sta-
tuant, collocent, ponant: omnes in seipsis fitas ac loca-
tas rationes & spes habeant: se spectent ipsos, suis nitun-
tur viribus, nihil aliunde expectent, à seipsis omnia,
præsidia constituat ad omnes casus in seipsis omnia.

*Confiar
en si mis
mo.*

Mucho me fatiga vuestra enfermedad.

Tuus me morbus valde sollicitat, sollicitum habet,
gravi afficit sollicitu line: graviter angit, afficit, affli-
git, acerbè vexat, molestissimus mihi tuus morbus est,
valde gravis, vehementer acerbus, amarus in primis:
summæ molestiæ, sollicitudinis, acerbitatis, curæ, doe-
loris, angoris, summam ex tuo morbo molestiam, ca-
pio, suscipio, traho, haurio, sumo: tuus me morbus in
magnam sollicitudinem adducit, graviter commouet
maximè perturbat.

Cōgoxa.

Dios loado, ya soy fuera de cōgoxa.

Quod Deo sit gratia, vacuus molestiis nunc quidem
sum, line molestia, cura, sollicitudine, procul abs sum à
molestiis extra molestiam, sum: tranquille satis ago:
Dei benignitate factum est, contigit, ut nunc quidem
omni

ELEGANCIAS DE

omni molestia vacem, nullis angar curis, nulla vexer sollicitudine, nulla meum animū paulò molestior, grauior, acerbior, exagiret, vexet, perturbet, commoueat, afficiat cogitatio: fruitur animus meus tranquillitate, bene est, tranquille est, cōmode est, quies est, pax est tranquillitas est animo meo, animo sum ab omni molestia soluto, vacuo, libero, longe seiuncto: Dei me benignitas omni molestia exemit, liberauit, ab omni molestia vindicauit, eripuit, disiunxit.

Conocer

To se bien qu'en es.

Pulchre hominem noui, probe noui, præclare, perfectè, planè, penitus, sensus eius egregiè teneo, habeo illū omnino cognitū, neque ipse me, neque estatus eius vlla ex parte latet, præterit, fugit, quī sit, quo animo, quo sensu, quo ingenio præditus, optimè noui.

To se bien como os he amado.

Consciencia.

Quo fuerim, temper in te animo, qui meus fuerit erga te animus, quo sensu in te fuerim, quomodo animatus, testi ipse mihi sum, teste vti me ipso possam, teste habeo conscientiam meam, teste licet vti conscientia mea, conscius ipse mihi sum.

Cōsejar.

Esto me parece que conuiene a vuestra honra

Hoc tibi cōsiliū, uo, tua de laude si laboras, tua si tibi laus curæ est, cordi est: te hortor, adhortor, cohortor: suadeo, auctor tibi sum, hoc est meum cōsiliū, mei cōsiliū hoc est, mea hæc est sententia, opinio, meus sensus, meum iudiciū, ita censeo, ita mihi videtur, placeat, probatur: si me audies, hoc facies, si meū cōsiliū sequeris, mea tibi sententia si probabitur, me approbante facies, de mea sententia, meo cōsilio, meo suasu, me auctore: si me putas quidquam sapere, non esse prorsus insipientem, aliquid videre: si meū cōsiliū habet aliquid apud te ponderis, hoc facies, ages, aggredieris, suscipies, faciendum tibi iudicabis.

Cōsejar so.

Cosa de sabios es en sus fatigas tomar el parecer de sus amigos.

Sapien-

Sapientis est incertis in rebus; dubiis, ambiguis, obscuris, in controuersia positis, in aliqua difficultate constitutis, in ancipiti rerum statu, amicos consulere, in consilio adhibere, ad amicos referre, ad consilium amicorum confugere, amicorum consilio vti, sententiam exquirere, adire ad amicos consilij causa, petere consiliū ab amicis, velle cognoscere quid amicis videatur, quid amici sentiant, quis sit amicorum sensus, quæ sententia, quid habeant opinionis, probent, censeant, iudicet, faciendum existiment.

Pocas vezes fale al reues loque los Viejos aconsejan.

Consejo.

Senum consilia non sepe inutilia sunt, inania, stulta, absurda: raro labitur senilis ætas in consiliis, sapienter fere consulit senilis ætas optimis, ac firmissimis rationibus ferè semper nititur senilis opinio, sententia, sapienter consulunt senes optimam partem eligunt, non peccant in consilio, non errant, non labuntur, non offesa sunt, quorum grandior est ætas, qui longius ætate processerunt, is eorum solet esse sensus, qui à ratione non discedat, recedat, procul absit, qui cū ratione congruat, quem ratio confirmet, à quo ratio non dissentiat.

El negocio se hizo á voto de todos.

*Cōsent
miente*

Communi consensu, consensione omnium, omnium iudicio, approbatione, sententia, consentientibus cunctis hominibus, approbantibus, nemine prorsus dissentiente, nulla cuiusquam discrepante sententia: actares est, gesta administrata: in ea re gerenda omnes consenserunt, consensus omnium par, & idem fuit, omnes omnium sententiæ conuenerunt, nemo dissentit, sententiarum varietas nulla fuit, dissimilitudo voluntatum, aut opinionem nulla prorsus extitit, senū diuerso nemo fuit, omnes omnium voluntates, opiniones, sententiæ, iudicia congruerunt.

Seguire questo parere.

Consensu.

Assentiar tibi, probabo tuum consilium, meam sententiam ad tuam aggregabo, meum iudicium cū tuo coniun-

ELEGANCIAS DE

coniungam, ita sententiam quod tu sentis, ita facendum iudicabo, si modo id tu facias. suadet, censet, auctor est, consuluit pater tuus, assentiar tibi, assentiens patre tuo, si facis approbante patre, si tuo cum iudicio patris tui iudicium congruit, si de patris sententia facis, si pater non dissentit, si ad tuam sententiam pater accedit.

*Confer-
uar.*

Contentome en conseruar lo que mi padre me dexo.

Rem mihi à parente traditam seruare, conseruare, custodire, tueri, incolumem tueri, non imminuere, satis est. nullam patrimoni; partem imminuere, nullam adimere, nihil de patrimonio detrachere, patrimonium in eodem statu retinere, satis habeo, contentus patrimonio sum: de augendo patrimonio nihil laboro, cogito, curo, sollicitus sum, anxius sum, curam nullam suscipio, nulla me tenet, nulla sollicitat: nulla exercet cura.

Pierdase mi hazienda, y guarde yo mi honra.

Sit modò dignitas incolumis, adimi de fortuna. nò reculo, illiceat modò dignitatem tueri, incolumem seruare, permaneat dignitas in eodem statu, modo ne cogar de statu mee dignitatis demigrare: sit eadem dignitas, ne mutetur, ne deminuat, ne ledatur, ne qua iniuria, damno, detrimento afficiatur, ne quid iactura faciat, ne quam iacturam subeat, sustineat, ferat, patiatur, ne damni quid faciat, ne de dignitate detrahatur, adimatur, imminuatur.

Còsuelo

No ay cosa que a linie mi pena.

Nihil est, quo. I solatium, consolationem præbere, afferre, parere, solatio esse, consolationi esse mihi posse, ita nullares, est, quæ recreare, reficere, leuare, vendicare à dolore, liberare sollicitudine, eximere dolore, abducere à cura, auocare à molestia, abstrahere, auellere à morore animum mouere possit: afflictum à morore animum, languentem, iacentem erigere, excitare, confirmare nulla iam consolatio potest, affectum dolore animum nulla ratio sanare queat, laboranti animo, ægro tanti, pessimè affecto mederi satis nulla ratio valeat parum.

parum apta remedia reperientur. inutilis, infirma, inanis, superuacanea prorsus omnis medicina est: quis iam homo animo meo. virtutem, dolore ereptam, restituere possit? quis ea sanare vulnera, iis vulneribus mederi, medicinam, afferre, remedium inuenire, quæ mihi fortuna intulit, imposuit, infixit, ita dolore obruor, ut emergere nulla ratione possim: ita malis opprimor prorsus ut respirare non liceat, respuit iam animus meus, quasi desperata salute, omnem medicinam, remedia cuncta, omnia consolationum genera: frustra in me consolando ponitur opera, inane operam summit qui ad me consolandum aggreditur: insitus, infixus in animo dolor ita penitus est, ut euelli nulla ratione possit, ut nulla vis rationum possit esse tanta, quæ illum, ne die quidem adiuuante, possit euellere, extrahere. educere, eripere. finem facere dolori meo, finem imponere, modum statuere, terminum statuere, dolorem moderari, neque homo est. neque res vlla, quæ possit: non est ut possim in dolore mihi temperare, dolore abstinere, dolorem sedare, abicere: ipse me ad eam hilaritatem, eam iucunditatem, quam dolor adcecit, reuocare, referre me ad pristinam animi æquitatem, in eum statum, vado me dolor eiecit, deturbauit, depulit, detrussit, restituere.

* Ni an
cō el lar
go tīpō

Est o quis ara la tristitia.

Cōsolat

Hæc te non mediocriter, cogitatio confirmabit; hæc si tibi proponas, apud animum tuum propones, anime agitabis, animo spectabis, leuabis teum luctum, leuabis te luctu, egritudine, sollicitudine, cura: sanabis vulnus doloris tui: ipse te lenies.

Et dolor me consume.

Dolore contabesco, consumor, conficior, perimor, ex animo me dolor interimit, perdit: mihi dolor: vitæ finem facit.

Necia mente gasas tu patrimonio.

Nec contumax perdis, disperdis, male perdis, dissipas

*Consume
m iriso.*

ELEGANCIAS DE

pas in res inutiles, inanes, leues erogas; partam, quæ-
tam, comparatam, congestam, summis laboribus maio-
rum tuorum, quam maiorum tuorum summa collegit
indulgentia.

*Conside-
rar.*

*Quanto me pondero in incōstantia del e fortuna, to-
ma a meno sprecio la riqueza.*

Quo diligentius, studiosius, accuratius, cogito, attea-
do, animaduerto, meditor, mente, animoque considero,
in animo, volo, mecum ipse perpendo, examino, pon-
dero, varietatem, instabilitatem, leuitatem, inconstan-
tiam fortunæ; euentus: varia, varios rerum euentus,
qui à fortuna pendent: quo magis ad fortunæ varietate
intuspecto, animum intendo, intueor, meas cogitatio-
nes conuenio: eo longius à cupiditate diuitiarum ani-
mum abluco, remoueo, aufero.

*Constan-
te. Sive
perseue-
rar.*

Contar.

*Si passays bien la cuenta, entenderòys bien lo q̃ haueys
perdido.*

Si putaueris, supputaueris, duxeris, subduxeris ratio-
nes tuas: si subduxis rationibus summam facies rerum
tuarum, summam colliges, perstringes, conficies, in v-
num coges. rei tuæ familiaris iacturam deprehendes,
aperies, damna rerum tuarum, detrimenta patefacies. In-
telleges senties.

A mi cuenta, el dia mismo de la batalla parti erò las naues.

Vt rationem in eo, ratione colligò; ex ratione con-
ficio; vnde ratio est, vt mihi ostendi ratio: vt mihi ex
ratione liquet, liquido, patet, facile conitat, quo die præ-
lium committum est, eodem naues profectę sunt.

*Conten-
tar/e.*

Yo me contento con mi estado.

Contentus sum rerum mearum statu: sufficit, satis est,
abunde est quod habeo, acquiesco rebus meis, maiora
non appeto, continet se intra fines hos an imus meus, hō
prolabitur, non excurrit, non se longius effert, non se
tollic altius, plus à fortuna non postulo.

Holgare mucho con. Suestra salud.

*Tua mihi valetudo magnę voluptati erit, afficere
me*

me voluptate: afferet mihi voluptatem, latitiam, pax
gaudium, iucunditatem, oblectationem, hilarita-
tem, voluptatem capiam, suscipiam perſipiam, ſumã
colligam, hauriam ex tua valetudine, corpore tuo con-
firmato.

Todos quedaran contentos.

*Conten-
tar a to-
dos.*

Omnibus approbantibus hoc facies: nemini non fa-
tis eceris: hoc tuum factum nemo reprehendet, nemo
non probabit, nemo erit qui non probet: hoc tuo fa-
cte lætabuntur omnes.

No has de contender, o cõpetir con mas es forçado q tu.

*Contien-
da.*

Contendere, certare, pugnare, altercari cum valen-
tioribus non debemus: aduersus valentiores, firmio-
res, robustiores, paratiores à viribus, suscipienda con-
tentio non est.

Sobre esto riueron hasta la noche.



Hæc vsque ad noctem ducta controuerſia est, lis, cõ-
tentio, pugna, altercatio.

Si esta guerra dura, destruyda quedara Italia.

*Conti-
nuar.*

Hæc si bella durabunt, permanebunt, perpetua, diu-
turna, fixa erunt, quæ capere cursu procedent, & lon-
gius producentur, non consistent nisi bellis finis impo-
natur, fiat, afferatur: nisi bella finiantur, terminentur,
ad exitum perducantur, perit vniuersa Italia, despera-
ta omnis Italiæ salus est, actum est de salute Italiæ,
suam salutem Italia desiderabit.

No estas firme en tu parecer.

Non permanes in eadem sententia, non persistis, nõ
perseueras, non pergis: tuam sententiam non retines,
non tueris, non seruas: tibi non constas, discedis à sen-
tentia, labas in sententia, eadem non est: fixa non est, in-
firma est tua sententia, metas sententiam, consilium,
opinionem: discedis à sententia, consilio, sensus tuus
non idem est, alius nunc est immutatus est.

Mucho me persigues.

*Contra-
rio.*

Nimium grauitè nos oppugnas, aduersus nos pu-

E gnas

ELEGANCIAS DE

gnas, nobiscum pugnas, nobis aduersaris, nimium re-
acerbum habemus, nimium nobis infensus es: quid-
quid habes virium, contra nos confers: irruis impetu
quàm potes maximo: facis maximum impetum cōtra
nos, aduersaris infensus nimis, infectus, grauis, acer, ve-
hemens, seuus, propensus nimis ad exitium nostrum,
nostrum sanguinem nimis auide sitiens, totus incum-
bens ad perniciem nostram contra nos, in nos, aduer-
sus nos iniquè nimis agis, moues omnes machinas: om-
nia moliris, nihil non tentas.

Esto es contra Guestra bonra.

Hæc onori tuo, tuæ dignitati, tuæ laudi aduersantur,
aduersa sunt, nocent, officiunt, labem inferunt, macu-
las iniiciunt, tenebras offundunt, damno sunt, detrimē-
to sunt, iacturam afferunt, de honore tuo detrahunt,
adimunt, auferunt, ledunt honorem tuum, imminuūt,
turpi labe inficiunt, quasi tenebris circūiectis, circū-
fusis, offusis obscurant.

*Conua-
luer.*

Nopuedo acabar de cobrar salud.

Nondum vires colligere potui, nondum satis firmo
sum corpore, nondum pristina mihi restituta valetu-
do est: confirmatus à morbo nondum omnino sum,
nondum planè conualui: quas morbus mihi vires ad-
emit, abstulit, eripuit, nondum prorsus recuperaui, re-
cepi, reuocaui: pristinam valetudinem nondum satis
mihi videor assecutus: valetudine nondum ytor pla-
nè cōmoda: paullo adhuc deterius, aliquantò deterius,
quàm solebam, valeo: non vt solebam valeo, minùs fir-
miter, minùs bellè, nondum ytor pristina valetudine:
pristinas vires quadam ex parte desidero.

*Conuic-
ne, Gido
es mene
ster.*

*Barcomo
fo, e mal
mōdico
nado.*

Mala cōdiciō tiene la gâtede boy. no quiero dex'ir mal.

Summa est hominum peruersitas, grauiori enim ver-
bo vti non libet: peruersi sunt hominum mores, duri
nimis ac difficiles: ingenio sunt homines peruerso, dif-
ficili, duro à ratione auerso.

Pesado soy a todos.

Nimium

Nimium acerbus es, nimium in consuetudine difficilis, durus, asper, tua consuetudo difficilior est: abest consuetudo tua ab omni suauitate: non ea est consuetudo tua, quæ propter suauitatem exspectatur: minimè iucunda est, amara potius, atque odiosa tua consuetudo: quis naturæ iuxta peruersitatem in consuetudine ferat? quis te possit vti, homine omnium difficillimo, seuerissimo, asperrimo? quis tuam consuetudinem exspectat, carentem omni suauitate, nulla re iucundam? asperitatis, ac peruersitatis tantum habet natura tua, quantum in consuetudine ferri vix possit, vel potius plonè non possit: vsus tibi nullo cum homine diuturnus intercedet, ita difficilis, ac durus es, iis moribus, eo præditus ingenio.

Cæsar allende de las otras virtudes tuas esta de humanidad y cortesia.

Certos.

Cæsar, præter multas, quibus floruit, virtutes; vt virtutes, quibus enituit, quæ in illo viguerunt, multas committit; ea fuit humanitas, eius humanitatis, ea præditus humanitate, vt nihil supra posset, vt nemo cum illo conferendus, comparandus, æquandus, nemo illi par fuisse videatur; liberalitate Cæsar excelluit: omnibus antecelluit, præstitit, omnes vicit, nihil Cæsare humanius, humanitatem Cæsar ita coluit, vt nemo magis, nemo illo fuit ad humanitatem propensior, proprio quodam naturæ munere factus ad liberalitatem videbatur, singulare in exercenda liberalitate, & præcipua quadam laude dignum iure Cæsarem dixeris, laudem liberalitatis præter ceteros Cæsar tulit, laus liberalitatis vni maximè Cæsari debetur.

Vuestras cosas trataré con toda diligencia.

Cosa

Ego tuas res, pro eo ac debeo, vti debeo, tua negotia, quid quid ad te pertinebit, diligenter agam, curabo.

Vos meus hecho una cosa muy acertada.

Nihil neque elegantius, neque ad honorem præstantius effici potuit: facinus fecisti pulcherrimum,

ELEGANCIAS DE

& in primis honorificum: speciosa est res, valdèq. ampla quàm præstitisti.

La cosa no es acabada pero luego se acabara.

Sublata res tota non est, sed magna tamen ex parte profligata: parum abest, quin ad exitum res peruenierit: eò res processit, vt ab exitu non longè abfuerit, vt ad exitum pene peruenierit, exitum pene attigerit.

Mudadas estan hoy mis cosas.

Diuerfa nunc mea ratio est: non eadem est, immutata est ratio rerum mearum: alius est rerum mearum status, aliter se meæ res habent, non eodem loco sunt, alius est rerum mearum status.

Vuestras cosas se estan como solian.

Res adhuc tuæ tibi sunt integra, saluæ, incolumes, nullam res tuæ iacturam tolerat, nihil detractum est de tuis rebus: incolumitatem obtinent res, rationes, fortunæ tuæ: bene est rebus tuis, nihil præter voluntatem, nihil secus contra quam velis.

Mis cosas os he encomendado bien claras.

Res meas tibi tradidi satis aptas, explicas, expeditas, optime constitutas, nullis difficultatibus implicatas, eiusmodi; vt exhibere tibi negotium, aut nullum, aut certè in minimum possint, vt labor tibi esse, aut molestia nequaquam possit.

Así se usa que nos defendamos.

**Costum-
bres.**

Mos hic omnium est, consuetudo est, institutum est, moris est, consuetudinis, instituti; mos obtinuit, inualluit: ita fert omnium consuetudo, mos communis; ne mo neque consuevit, omnibus est à natura tributum, ita natura comparatum est. ita comparatum est, habent hoc omnes a natura, ita facti, ita instituti a natura omnes sumus, vt vim - vt itepellamus, vt ab iniuria nos tueamur.

Mira al hombre como ha neys mudado de condicicn.

Mirari satis non possum, cur à tua consuetudine tam longè discesseris; recesseris, tam valde descueris: te moueris

moueris, te abduxeris, cur alius planè factus sis, cur à te ipso discesseris, cur te tui tam dissimilem præbeas, cur te tui similem non præstes: cur, qui adhuc fuisti, cum te non præstes, non præbeas.

Muchos que son viciosos en la juventud vienen después a enmendarse. *Couarde. Vide temere, so.*

Perditis in adolescentia moribus multi sunt, qui de inde, meliorem adepti mentem meliorem ad metem, ad sententiam reuocati, resipiscentes, honestius vitam instituunt, honestioris vitæ initium ordiuntur, laudabiliorem vitam exordiuntur; multorum est impuris moribus, improbis, inhonestis, turpissimis, inquinata adolescentia, contaminata, infecta, viuunt multi turpi ter in adolescentia, student vitiiis, turpem vitam colunt, inhonestè vitam traducunt, pecudum more vitâ transigunt, procliues ad vitia sunt, turpi voluptate capiuntur, culpam faciliè committunt.

Creían que lo auia hecho de couarde.

Hoc illi tribuebatur ignauia, commissum hoc ignauia homines interpretabatur, causam huiusce facti in ignauiam conferebant, hoc, ad ignauiam, inertiam, desidiam, languorem referebant, adscribebant ignauia, assignabant ignauia, ignaui esse homines aiebant. *Couardía.*

Tengo por cierto que sera como yo lo he pronosticado. *Creer.*

Opinor, arbitror, puto, autume, existimo, iudico, censeo, duco, ita mihi persuasi, in animum induxi, pro certo habeo, exploratum habeo, minimè dubi, planè credo, prorsus, omnino, penitus, certò, pro certo: minimè dubitanter, exitum fore, qualæm sum auguratus, qui augurio meo respondeat, quem prædixi.

Parere cosa de creer.

Rationi consentaneum est, cum ratione consenti, contentaneum est, simile vero, credibile, non alienum à ratione, cum ratione congruens: ratio postulat ut credatur: est, cur credatur, verum putetur: veri similitudinem, speciem, formam, imaginem præfert ostendit. *Creible*

ELEGANCIAS DE

Crescer.

dit; nō discrepat, nō dissentit, nō procul abest à ratione:
*Qualquier cosa que crece, da necessidade por tempo
diminuya.*

Quidquid augetur, crescit, maius, atq. amplius fit, am-
plificatur, quamcumque ad rem fit accessio, aliquid ac-
cedit, accrescit: eadem minui imminui, diminui, com-
minui necesse est, attenuari, extenuari, iactu rampati, de
ea detrahi, diminui, adimi, auferri.

**Cruel,
Sic de em-
braueret
se.**

Mas cresciêra las rînas si el Senado no pusiera remedio.

Longius etiam civilis discordia manasset, processis-
set, progressa esset, grauior esset facta, nisi Senatus eâ
côpressisset, repressisset, retulisset, ei occurrisset, obuiâ
inisset, impedimenta obiecisset, impedimento fuisset.

*Quanto mas te perseguirán tus contrarios, tanto mas
se aumentara tu honra.*

Illustrabit amplitudinem tuam inimicorum iniu-
ria, quò magis obscurare, atq. extinguere tuam digni-
tatem iniqui tui conabuntur, eò plus ad eam splendo-
ris accedet, eò clariùs elucebit, eò patebit illustrius.
eò fiet clarior, atque illustrior.

**Culpa,
Sic de em-
culpar.**

Si en culpa me reprehendays.

Accusas me innocentem, immerentem, insontem,
nullo meo merito, immerito meo, iniuria iniuste, ini-
què, contra quam ius est, contra quam meritus sum,
contra ius, & æquum, absque mea culpa, hæc in me fi-
ne causâ confertur culpa: mihi ad scribenda, assignan-
da, attribuenda causâ non est: culpa vaco, culpa careo,
longè absum à culpa, procul abest à me culpa, remo-
tus à culpa sum, culpa sum expers, extra culpâ sum,
non hæret in me culpa, culpam non sustineo, affinis
culpæ non sum, culpæ mihi non sum conscius, in cul-
pa non sum: commissum à me nihil est, quare videar
accusandus: non erraui non peccaui, non deliqui, ius
p- sum non sum, nullam in culpam incidi, nullam com-
misi culpam: nihil commisi, admissi, perpetraui, nullo
me scelere adstrinxi, obstrinxi, maculaui, inquinavi.

Cumplire lo que he prometido.

Cūpln.

Dabo operam, quod pollicitus sum, vt re præstem. *supala-
bra.*
exitu præstem, exequar, efficiam, re confirmem, vt præ-
stem fidem meam, solvam fidem, tuear, seruem, pro-
bem, vt promissa seruem, obseruem, tuear, præstem, pro-
missis ne desim, ne fides in promissis mea desideretur,
vt fidei satisficiam, ne de fide mea parum videatur la-
borare, vt à meis verbis, ab affirmatione mea, à pro-
missio exitus rei ne dissentiat, vt verba res confirmet, vè
id, quod dixit veritas probet, vt stem promissis, à pro-
missis ne discedam.

*Pesame que hombre tan cumplido sea tan injustamē-
te maltratado.*

*Cumpli
do.*

Virum excellentem, præstantem omnibus, vt aiunt *Curioso.*
numeris absolutum, omni laude insignem, participem *Vide dili-
gente.*
omniuin virtutum, cui nihil desit, in quo nihil deside-
res, quem esse virū singularem dicas. *Pag. 31. linea 7.*
a la fin del Capitulo affrenta.

D

*Si me voto os es dañoso, alomenos aprouechaa la Re- Dañar.
publica.*

Sententiæ meę si iniussè re tua sunt, Reipub. rationi
bus conducunt,

Mucho mal causa a Roma la eleccion de los Tribunos Daño.

Multa mala, damna, detrimenta, incommoda, infor-
tunia, vrbi Romę peperit, attulit, intulit, inuexit Tribu-
norum plebis procreatio; damna tulit, pertulit, susti-
nuit, passa est, perpeffa est, cepit, accepit, damnis affe-
cta est, in damna incidit, incurrit, magnam sui iacturā
fecit; grauissimis afflicta malis est, vehementer vexa-
ta, valde comminuta vrbs Romana ex creatione, ob crea-
tionem Tribunorum.

Mucho perdierō las letras el día q̃ murio Aldo Manueto

Multum iactura tulerunt, graue detrimentum cer-
perunt, damnum adierunt, subierunt, preclara liti-
rarū studia ex morte, obitu, interitu Alci Manuti, gra-
ue vul-

ELEGANCIAS DE

ue vulnus optimis litteris infixit obitus Aldi Manutij: istu graui percussæ sunt, ac penè prostrate liberales disciplinae, quo die Aldus Manutius occidit, interijt, extinctus est, periit, obiit, diem obiit, opperijt, mortem oppetiit, decessit, à vita discessit, è vita exiit, è vita excessit, vitam cum morte commutauit, morte sublatu est, morte nobis ereptus.

Huelgome de haue conocido a tan poca costa mi quã leal amigo me seys.

Lætor, quod in mercede non ita magna, leui detrimento, non admodum graui dāno, satis exigua iactura, quo modo sis erga me animatus, quo erga me animo sis, quo sensu sis, qui tuus in me animus, qui sit sensus, intellexi: tuum in me animū, tuum sensum intellexi, perspexi: cognoui, aperui, patefeci.

La guerra nos ha destruydo.

Sūmis difficultatibus regionē vniuersam bellū affecit: magnæ calamitates ex bello, belli causa, propter bellū acciderūt, euenerūt, obuenerūt, cōtigerunt, obtigerunt, illatæ sunt, allatæ sunt, oblatæ sunt, vniuersæ regioni, vniuersam regionem in multas difficultates bellum coniecit, impulit, exitiosum, perniciosum, calamitosum vniuersæ regioni bellum, fuit exitio fuit, damno, detrimento, incommodo, calamitati.

Dar.

No se nos puede en esta vida baxer mayor merced, que enseñarnos la virtud.

Qui virtutem tribuit, præbet, largitur, ostendit, communicat, is tantum affert beneficium, quantum esse prætereà nullum potest.

**Dar do
palos.**

Quería darle de palos.

Fuisse illum malè multare, malè accipere, percutere, fuisse illi valebat impingere: fustis ictus volebat illi

**Dar la-
gare &c
saja.**

experiri, fustis amarus ictus gustare, sensu percipere, vim & grauitatem sustinere, ferre, pati.

De que le deno yo a el Gassillger?

Cur

Cur ei cedere, loco cedere, locum concedere, locum dare ei debeo, qui comparandus, æquandus, conferendus, par-omnino mihi non est? quam obrem qui est infra me, qui nihil ad me est, mihi patiar anteponi? quid est causse, cur primas ei partes concedam, primas ad eum partes deferri sinam, primo eum loco statuam, præponi mihi, ante me collocari, anteire me patiar eum, quem nulla res mecum æquat, cuius meritis mea merita antecellunt? quid est causse, cur honorē superior habeat, qui virtute interior est?

De prudentes acomodarse al tiempo.

Sapientia est, sapientiæ est, consilij est, rationis est. Sapientem decet tempori cedere, necessitati parere, rationem temporis habere, consulere temporibus, seruire temporibus, cōformare se ad temporis rationem, consilia & actiones tempore moderari, pro temporum statu & suscipere, & deponere: ita se gerere. ut præcipere tempus videatur, ut temporis ratio ferat, ac postulet: quasi ducē sequi in agendis rebus, quasi consiliarium habere: tempus, consiliario uti tempore nos decet.

No es paratantostabajos de estudio.

Infirmior est, imbecillior est, infirmiorē, imbecilliorē, tenuiorē valetudine, infirmioris, imbecillioris, tenuioris valetudinis est, corpore est infirmiorē, imbecilliorē, tenuiorē, viribus est infirmioribus, imbecillioribus, tenuioribus, quā ut studiorū laborē, studiorū onus ferre, præferre, sustinere possit minus habet virium, reboris. quā ut studiorū labori par esse possit, quā ut ferendo studiorum labori possit esse valetudine virtutis infirma, imbecilla, sic ut labor eum studiorum facillime possit opprimere: eam illi valetudinem, eas naturæ vires negavit, quas laboriose studiorum tractatio, assidua litterarum exercitatio, gravissima litterarum studia postulant, requirunt, desiderant, exigunt, corporis, valetudinis, virium, infirmitas, imbecillitas, teruitas facit, ut incumbere, quantum res poscit, in studia non

*Debita
ofitacio*

ELEGANCIAS DE

queat.

Debilitar, o enflaquecer:

En la Vida Viciosa y regalada te ha quitado las fuerzas.
Vires corporis tibi, minuit, diminuit, imminuit, comminuit, infirmavit, debilitavit, ademit, abstulit, affixit vitæ ratio minimè moderata, incontinentia, intemperantia, nequitia, luxus, libido: vita immoderatè, incontinentè, intemperanter, dissolutè, nequiter, sine modo luxuriosè traducta; ad infirmitatem, ad imbecillitatè, tenuitatem corporis te redegit, adduxit, minùs te firmum, minùs validum minùs valentem, minùs robustum, infirmiore, imbecilliore reddidit.

Declarar, o en las labras.

No puedo con palabras declarar lo q̃ siento en mi animo.
Mentis cogitata, cõsilia, animi sentia, sensus intimos, non est vt possim enuntiare, proloqui, verbis, oratione, sermone, depromere, explicare, explanare, exprimere, efferre, enunciare, patefacere, ostendere: exprimendis animi sensus impar oratio est, non sufficit, verba desunt, apta verba requiruntur: mentem oratio nō assequitur, non æquat, exprimere satis non potest.

Defecto, falta, o descuydo.

Grimal te eterna si te descuydas: o si en esto caes en falta.
Offensionem imprimis esse periculolam, magno tibi futuram damno, tibi affirmasti quid offensus extra bis, secus effices, committes, peccabis, laberis, si culpam commiseris, si quam in culpam incideris, si te minùs honestè, minus sapienter gesseris: si te, quem non decet eum præbueris: magno tibi constabit, non mediocri damnum, non levis iactura consequetur, tuam culpam graui damno solues, magna mercede redimes, grauissimè leues.

Defender.

Como es lo he prometido, defendere si è pre vnestra hõra.
Quod pollicuius sum, id re præstabo, vt honorem tuum defendam, tuar, vt honoris tui defensionem, contentione, certamen suscipiam, vt pro honore tuo pugnem, contendam, certem, vt honorem tuum defendendum, tuendumque, suscipiam.

Defensa.

En la guerra civil Ciceron siguió el bando de Pompeyo.
Cice-

Cicero in bello ciuili Pompeium secutus est, fuit in castris Pompeij, fuit in praesidiis Pompeij, stetit à Pompeio, stetit per Pompeium, Pompeij partes defendit, fuit inter praesidia Pompeij.

Determinado he no hazer cosa alguna sin vuestro parecer

Deliberar.

Decreui, constitui, statui certum consilium cepi, plane animum induxi, nihil ut facerem sine consilio tuo, nisi te approbante, nisi de consilio tuo, nisi tuo consilio vterer, niterer, deliberatum est, constitutum, iudicatum, caput consilium.

Dende mi ninez.

*Dende
nino.*

Ab initio ætatis, à primo ætatis exordio, à prima ætate, ab ineunte ætate, à primis temporibus, à puero, iam inde, à puero iam inde, usque à puero, à prima pueritia, à primis annis, à teneris, ut Græci dicunt, vnguiculis, à die natali, ab ortu primo, à quo die natus sum, ex quo ingressus vitam sum, ex quo lucis usura frui coepi, ex quo vitæ limem attingi, animum ducere, spiritum haurire de cælo coepi.

*Depres-
so, vide
substa-
mente.*

Ta me canse de estar en este mundo.

*Descen-
tento.*

Vitæ me, cædet, vitam fastidio, vitam mihi acerbam puero, acerbè viuo: molesta, grauis, amara prorsus mihi vita est: ægerrimè, molestissimè, prorsus miserè viuo, quàm mihi mors eum eripuit: ex quo mea gaudia, meæ lætitiæ manabant omnes.

Gran pesar y tristeza me ha venido con la carta de la muerte de vuestro padre.

*Descon-
tento, dis-
placere.*

Magnum mihi dolorem, grauem sollicitudinem, acerbissimè multum attulit, peperit epistola tua de interitu paratissimis: magno me dolore affecerunt epistolæ tuæ, valde me perturbarunt, affligerunt, commouerunt, acerbè sum affectus litteris tuis molestiæ plurimam, doloris, sollicitudinis, acerbissimè cepi, accepi, suscepi, tuli, contraxi, hauri: legi magno, cum dolore, molestissimè litteras tuas.

Tenga en cierto p. ofar.

Aliquid me mordet, pūgit, afficit est quiddam quod molestius

ELEGANTIAS DE

*Defen-
bris.*

lestius ferā, sub moleste ferā, in quo nō nihil offendar:
Tōos manifestare mi animo, o volūt ad quādo sera tēpo.

*Descuy-
do, & de
defecto.*

Vbi res feret, cum occasi postulabit, indicabo tibi
animum meum, patefaciam, significabo, declarabo, ape-
riā, testificabor, re tibi probabo: extabit animus meus,
patebit, constabit, perspicuus erit: significationem tibi
dabo, signa ostendam, argumenta prebebo animi mei:
animum tibi meum certa probabunt argumenta: ex
apertis, minimè obscuris, minimè dubiis argumen-
tis, signis, iudiciis, testimoniis, animum meum, meam
voluntatem, meos sensus cognosces, perspicies, intelli-
ges, concilies.

En la guerra se mostra Valerato.

In belis ostendit te, probauit, præbuit, præstitit acré
ac fortem virū: ita fortem, ac strenuam operam. naua-
uit, vt magnam laudem tulerit, rem bellicam fortiter,
ac strenuè tractauit, gessit, administrauit.

*Descuy-
dar se de
sus cosas*

Por exēplar, con tus amigos de mas perder tu casa.
Alienam voluntate n vtequaris, vt alienæ voluntati
morem geras, vt aliis satisfacias, aliorū causa te ipsum
destitutus, deseris, derelinquis: de aliis plurimum, de te
ipso, tuisq. rebus minimè laboras: aliena tibi curæ sunt,
tua negligis: aliorum rationes pluris apud te, quàm tuæ
sunt: propensior ad alios, quàm ad te ipsum, tua volun-
tas est, quid aliis placeat, quid aliorum è resit, atten-
dis: ratio rerum tuarum quid postulet, minimè cogitas:
præ aliis te ipsum negligis: vt tequaris alios, discedis à
te ipso, desicis, desiciscis.

*Desdi-
chado.*

Nachs, en verso, pebras se tienen por desdichados.
Videre licet multos, qui se credant, quia laborāt ino-
pia, egestate premuntur, in summa infelicitate versa-
ri, constitutos esse, pessimè fortunatos esse, afflicta peni-
tus fortuna esse, miserrime conditionis esse, omnibus
malis affligi, omnibus miseriis opprimi, omnibus in-
fortunis vexari, se redactos esse ad summam infelici-
tatē proflus infelicitèr miserrimè, pessimè se cum agi,
suas

suas rationes suas fortunas pessimo loco esse, afflictae,
euerfas, perditas esse, fortuna se iniquissima, aduersa,
gravi, intensa, in primis vti.

Tanacijo desdichado.

Fatum hoc meū est, vt miserrima quæque sustineā:
hæc mihi nascenti dicta lex est, ea videor conditione
natus, vt amarissimam fortunam in omni vita degu-
stem, nihil vt boni videam in uita, nihil vt mali non su-
beam, sustineam, perferam.

Aunq̃ be perdido quanto tenia no estoy desesperado. Deses-

Eti fortuna mihi carissima quæque abstulit, eripuit, *Perar.*
ademit, etsi me orbauit iis rebus omnibus quæ homini

carissimæ sunt in vita, non faciam tamen, non commi-
tam, vt ipse me planè deferam, atque detrituam, vt om-
nem planè spem abiiciam, vt ab omni spe animam ab-
ducam, vt de meliori statu desperem, vt ad desperatio-
nem adducar, redigar: fortuna me pro fusis omni spe sa-
lutis orbauit: nec tamen nihil spero: exclusæ spes om-
nis videtur esse meliarum rerum, aliqua tamen spe ni-
tor, sustentor, fulcior.

Gran afrenta te fera gastar tu haziendane ciamente.

*Deshon-
ra.*

Si tuam rem malè dissipaueris, perdideris, consum-
pseris, in res inanes erogaueris, conieceris: decori tibi
erit, infamie, ignominie, turpe tibi erit, infamia conse-
quetur.

Nopenjar seno en si mismo, deshonra es.

Seiptum curare, nihil prætereà: de se ipso tantum, sua
tantum vnius causæ laborare, sibi vni studere, serui-
re, prospicere, consulere, prætereà nemini, turpissi-
mum est, maximè dedecet, indecorum in primis est, in-
famie, ignominie, dedecori est, dedecus affert, infa-
miam parit, turpem famam, opinionem minimè com-
modam, aut optabilem parit, eiusmodi res est, quam
summa consequitur infamia, ignominia, turpis infa-
mie nota, dedecus, accusatio, reprehensio, fraudi est,
vitio vertitur, tribuitur, dant, adscribitur, assignatur.

ELEGANCIAS DE

La cosa esta disfamada.

Res palam exagitur, vituperatur, accusatur, reprehenditur, damnatur, acerbè notatur, infamia notatur, improbat: sermones ea dere minùs commodi sunt, parum honesti dissipantur.

Designo. Pienso en una cosa muy importante.

Magnum quiddam spectro: magni momenti, magni ponderis rem in animo voluo, præclara quædam, admodumq. sublima fulcipit, & cogitat animus meus.

Este fue mi designo.

Consilium meum hoc fuit: hoc spectauit, hoc volui hoc secutus sum, id egi: huc retuli mea consilia, meas cogitationes: huc animum intendi, mentem direxi. consilia cõtuli: huc spectauit animus meus, hic animo meo, meisque consiliis scopus fuit.

*Desmayado. a-
mortecido.*

Desmayado esta sin habla.

Animus eũ reliquit, destituit, defecit: deliquit animi passus est: inter mortuus est: defecit, animo cõcidit: ita captus omni sensu est, vt à vita discessisse videretur.

Desocupado.

Es pnedo en poco de ocupar me yo os escurire.

Si quid otij nactus ero, litteras ad te dabo, si otium erit, si vacabo, si per occupationes licebit, si permittent curæ, si quid habeo vacuit temperis, si quid erit spatij, si quod surripere spatium licebit, si quid ab occupationibus impetrare temporis licebit, nisi occupationes urgebunt, si mei iuris ero, si qua hora meo arbitrato licebit vti, si negotiis vacabo, vinculum illud occupationum, quo & assidue adstringor, & artissimè, non dico prorsus, exsoluetur, sed paullulum modo, paulisper, aliquantum, aliquantisper, non nihil, aliqua ex parte laxabitur: si vacuus ero, curarum expers, liber à negotiis, si me his rebus, quibus nunc teneor implicatus explicauero: si dabitur otium, si quies erit, si quiescere licebit à curis, negotiis, occupationibus, molestiis.

Desear

Desseo mucho estar en Ciudad.

Sum in vrbs desiderio, desiderio me vrbs afficit, des-
sede-

fiderium me tener vrbis, vrbis cupiditate flagror, animus meus in vrbe est, vrbem spectat, æstuat vrbis desiderio est in vrbis desiderio.

Mue ho deſſeo vueſtra alabança y honra.

Mirè, mirificè, mirabiliter, mirum in modum, mirandum in modum, admirabili quodam studio tuam laudem, tuum decus expeto, cupio, opto, exopto, percupio tuam laudem, sum in desiderio tuæ laudis, cupiditate tuæ laudis incredibili teneor, ardeo, flagro. sum incensus, sum inflammatus, ducor, trahor, rapior, amore flagro, studio sum incensus, alacri animo sum, vt honestissimum te videam, laude florentem, honoratum: tua mihi laus carissima est, cordi est, curæ est, prima est, antiquissima, in maximis est, inter prima ducitur. inter ea, quæ apud me summa sunt.

Deſſeo os lo mismo que a mi hijo.

Optimè tibi cupio, sic inquam, vt filio meo: tua caussa cupio, quantum filij mei causa volo: cupio tibi secunda omnia, non minus quam filio meo, æquè tibi faueo ac filio meo: animatus in te sum vt in filium, quo in filium, eodem erga te animo sum.

Bien ſe quan deſſeo ſoſe de alabança.

Omnes tuos ad laudem impetus noui, quam sis ad laudem propensus, inclinatus, quanti fit apud te laus, quæ labores de laude, quam vehemèter ad laudē incumbas, quam laudi studeas, quo studio laudem sequaris, quæ tua fit laudis cupiditas, præclarè noui, habeo cognitum.

Muchas ciudades populoſas a deſtruydola diſcordia civil

Ciuiles discordiæ, domesticæ seditiones, ciuium dissensiones, multas vrbes, opibus admodum florentes, euertunt, solo equarunt, diruerunt, exciderunt, affixerunt, perdidit, sustulerunt, multis vrbibus perniciem, exitum, pestem, excidium, ruinam, interitum attulerunt; exitio fuerunt.

Soy el mas deſdichado del mundo.

Nemo omnium qui viuunt me vno infelicior, aut infer.

Deſtruydo.

Deſuado.

ELEGANCIAS DE

infortunatior est: meas misérias nulla æquat: infelicitas: mea est miserima conditio: in summa verior infelicitate omnibus vexor, perturbor, exagitor infortunatis calamitatibus, miseriis, malis omnes me premunt miserie: infesta, infensa, aduersa, iniqua mihi sunt omnia: nulla est tam misera fortuna, quam mea fortuna non superet, quæ si dum mea fortuna conferenda, quæ non intra meam fortunam sit miserimo sum fato, singulari, deteriore quàm quouis omnium, qui in terris degunt: meum est singulare fatum: singulari vtor fato: singulari, fato natus sum: in fausto nimum, aduersoq. sydere sum natus: hæc mihi nascenti dicta lex est, nunquam vti secunda fortuna vterer, nunquam vt miser non essem, perpetuis vt vexarer, miseriis, angerer, cruciarer, torquerer, affligerer malis: mecum agitur infelicitate, protus infelicitate ago: suas in me vires nunquam fortuna non exercet: omnibus me fortuna machinis, omni telorum genere, suis, quantascunq. habet, opibus ac vicibus oppugnat: nõ aduersa tantum, sed euerfa peritus est mea fortuna: quis est omnium mortalium iniquiore cõditione, deteriore loco, quam ego sum?

Desuergo gado.

No tienes vergüenza.

Nulla tibi est ad facinus verecundia: nullum tibi peccatum modum verecundia statuit: peccas, abiecta prorsus verecundia: peccas sine modo, peccas impudētissimè: non te pudor ullus, non te modestia deterret, abducit, remouet à volūtate, à studio, à consuetudine peccandi.

Si ya fuesse desuergo gado como tu.

Si tuum os haberem, si tuam imitarer impudentiam, essem, æquè ac tu, pariter ac tu, similiter ac tu, nõ secus, nõ aliter ac tu, ita vt tu, vt tu, quemadmodum, tu sicuti tu, impudens: ad impudentiam propensus, pudoris expertus, ac modestie, alienus à pudore, remotus à modestia, auersus à pudore.

Tu tienes poca vergüenza.

Transis verecundie, hines abes procul à pudore, modestiam

deſtiam nullam retines, tueris, colis: non te pudor retentionis, nō te modestia regit, non verecundia tēperat.

Nolo ꝓcedo dilatar.

Morari diutius, morā facere, morā interponere, procrastinari, differre, diē ducere, referre me in aliud tēpus, rē proferre, ducere, producere, ꝓducere, ꝓtrahere, extrahere, in aliud tempus referuare, nō ꝓssum.

Mucho dinero me deuen.

Magnā mihi pecuniā vim debet: magno mihi meo are obſtrictus est, est in meis nominibus ex pecuniā factis multa.

Al que es deuoto todo le sucede bien.

Qui pius est, religiosus, pius in Deum, qui honorē Deo ꝓstat, Deum animo spectat, Deo seruit, qui pietatem, & religionē colit, qui suum animū, suas cogitationes, sua consilia ad Deū refert, qui pie, religiosēque uiuit, qui cum pietate vitā ducit, qui omnibus in rebus ducem Deum sequitur, ducē Deo vitur, ad Deū spectat, cuius est vita cum pietate coniuncta, qui nihil non pie, nihil non cogitat cum religione coniunctum: ei optata omnia contingunt, feliciter omnia succedunt, nihil non ꝓsperē succedit.

Vos no esays deuoto en la Iglesia.

Non satis diligenter, parum piē, minū religiosē, quā conueniat, sacris operam das, in templo versaris Deum colis, satis piē non agis in templo, pietas in te desideratur, requiritur: non eam pietatem, non eam religionem, quæ Deo debetur, ꝓstas in templo.

Aun q̃ no os lo deuo, siempre he dicho bien de Vos.

Licet non optimē de me sis meritis, bene tamen tibi dixi, honorificē de te sum locutus, mea fuit in te honorifica oratio, verbum ex ore meo nullum exiit, nisi tua cum laude coniunctum: laudes in te contuli, licet immerentem, licet immerito tuo: laudaui te, extuli, ornaui, affeci laudibus: ꝓælata quādam in te contuli: dixi de te, quæ tibi laudem parent: his

F de te

*Detener
lo.*

*Deter
minar,
vide de
liberar.
Deudar.*



Deuota

*Dezir
bien.*

ELEGANCIAS DE

de te verbis vſus tui, quæ ad te honeſtandum valērent, vim haberent.

*Deſi
mal.*

Todos dicen mal de vos.

Peſſime tibi omnes dicunt, turpiſſime, atque acerbiſſime de te loquuntur, turpia quedam, atque in honeſta in te conferunt. valde te exagitant, iactant, inſectantur, vituperant, accuſant, carpunt, vellicant: omnes tibi grauiſſimè obtreſcant, de tua exiſtimatione multum detrabere conantur, liberrimè inuehuntur in te, nefaria quedam de te diſſipant, diſſeminant, iactant, maledictis te onerant grauiſſimis: maledicta in te conferunt, congerunt, conuiciunt, ita de te loquuntur, vt honori tuo labe in inferant, aſpergant maculas, tenebras offundāt, vt honorē tuū turpi labe inficiā.

*Deſi
mucho.*

Si el mucho hablar es eloquencia, vos ſoy el mas eloquente del mundo.

Si cuius eſt prolixior, longior, vberior oratio: ſi qui diutius loquitur, qui longiorem ſermonem habet, qui plura verba facit, iſis eloquentiam poſſidet: ſi ei, qui verbosior eſt, qui plura effundit verba, laus eloquentiæ debetur: ſi verborum in copia ſita eſt eloquentia, tu omnium qui viuūt eloquentiſſimuses, omnes morales eloquentia anteis.

Dia.

Ta ſe haze de dia.

Luceſcit, albeſcit dies, dies appetit, aduentat, adeſt: crepuſculum matutinum adeſt, Sol exoritur: tenebras fugāt lux in octi ſuccedit dies, noctē ſubſequitur dies, abeunte nocte dies aduenit: lux apparet.

*Diauer
na.*

T tiempo vendra que la virtud ſera eſtimada.

Veniet tempus, veniet illa dies: erit tempus, erit aliquando illa dies: illuſceſcet aliquando illa dies, diem aliquando illum Sol afferret mortalibus, erit aliquādo, cum ſuus virtuti tribuatur honor, cum, virtuti honor habeatur, cum in virtutē colatur, tanti æſtimetur, quanti eſt, in honore ſit, cum virtuti honores debiti perſoluantur, deferatur plurimum, cum virtus magna in pri
mis

mis honestaque sit, honestum locum habeat, sit inter easquæ prima ducuntur

*Dios es suma bondad, suma justicia, clemencia, potē-
tencia &c.* *Dios*

Bonitas in Deo, iustitia, clemencia, potestas tanta est, quanta potest esse maxima: singulari Deus bonitate est, incredibili iustitia, immensa clemētia, in finita potestate is, qui cuncta creauit, condidit, architectatus est, ex nihilo excitauit, formauit, finxit, is qui omnia regit, gubernat, moderatur, temperat, is qui rebus omnibus præest, dominatur, imperat, à quo vno, cuius vnus à voluntate, nutu, imperio pendent omnia: cuius potestas omnia complectitur, cuius in potestate omnia sunt, quem verentur omnia: cui parent omnia, omnium rerum auctor, creator, conditor, opifex, artifex, effector.

Quien sus pensamientos no endereça a Dios fácilmente se se engaña.

Qui suas ad cogitationes Deū nō adhibet, suis in cogitationibus nō cōfugit ad Deū, sua cōsilia ad Deū nō refert, cuius animus cū Deo nūquā loquitur, sæpe illū fallit humana prudētia, sæpe is ab humana prudētia in fraudē, in errores inducitur, sæpe labitur, aut offendit, aut errat, ab humana prudētia ductus, ducē sequutus humanam prudētiā, humanæ prudentiæ ductu, falsa quadam rerum humanarum specie deceptus.

Dios fauorece a los afligido, siempre que le llaman.

Pro fugiū habemus ad Deum in nostris calamitatibus, tranquillitas est in nostris tempestatibus naufragium timentibus portus est: afflitos diuina pietas excitat, amplissima est diuina liberalitas, pater omnibus, latissime pater, amplissime pater, vbique locorū est, nusquam non est diuina benignitas, cui non benignè facit Deus: ecquis est, in quem Dei benignitas non extet, qui diuinam benignitatem non senserit, expertus sit, re ipsa cognouerit, perspicuè viderit, clarissime perspexerit: nemo diuinā opē frustra implorauit:

F. praeco

*Disse-
mar, vi-
de encul-
dar, y de-
zir mal*

ELEGANCIAS DE

præstò est, adest, opem fert, opitulatur, subuenit Deus
inuocantibus eum, implorantibus eum, imploranti-
bus ad eum, confugientibus ad eum.

Difficil. *Cosa es muy difficultosa.*

Difficilis res est laboriosa, non facillima, minime fa-
cilis, difficultatis habet, negotij, laboris plurimum: nõ
ea res est, quæ facili, paruo negotio, leui labore, non
magno studio possit effici: magis, difficultatis, multi
laboris, non parui negotij, non operis exigui, laborio-
sa, operosa, grauissima res est, in qua sudandum sit, su-
stinendi labores, multum operæ ponendum, vigilan-
dum, excubandum animo sit: non leuiter laborandum,
studij multum, industriæ plurimum sit adhibendû.

Diffi-
rente.

Muy diferentes son vuestras cosas de las mias.

Dissimillima, diuersa imprimis rerum nostrarû ra-
tio est, meæ rationes admodum à tuis differunt, discre-
pant, distant, dissentiunt: multum inter res nostras in-
terest: non idem est mearum ac tuarum rerum status:
meæ rationes alter, ac tuæ se habent, dissimiliter, di-
uerse, diuersa quadam ratione, prorsus alio modo.

No pareceys en nada a vuestro padre.

Patris tui dissimilis es: patrem non refers, non imi-
taris, parentis tui consuetudo in te desideratur, paren-
ti tuo dissimilem te præbes, uia ratio à patris tui ra-
tione longe distat: à patris tui consuetudine longedis-
cedis, non agnoscitur in te pater tuus: pater tuus in te
non agnoscitur.

Digno. *Vuestro hijo no merece que lo amen.*

Indignus est amore, ac beneuolentia filius tuus: in-
dignus est qui ametur, non est qui ametur: nullam vir-
tutem possidet, nulla præditus est arte, quæ amorem
conciliet: omnia prorsus animi bonæ, omnia desiderat
ornamenta, quibus beneuolentia colligitur, quæ ad col-
ligendam, querendam, comparandam beneuolen-
tiam faciunt, valent, spectant, apta sunt, accommoda-
ta, idonea, appositæ: nihil est in filio tuo, quod homi-

nes ad illuminandum alliciat: nihil est illo, quare dil-
ligatur: nulla arte, sciencia, virtute, nulla plane re com-
mendatur, vt inire gratiam ab hominibus, adiungere
sibi homines aliqua beneuolentiâ possit.

Et negotio se ha dilata do hasta Enero.

In Ianuarum reiecta, producta, dilata, prolata, pro-
rogata, protracta, protrusa res est.

Procurad no me alargen el tiempo.

Caue ne mihi spatium producat, dies proferatur,
tempus prorogetur.

Vos procurays de detenerme.

Id agis, vt rem extrahas, ducas, producas, protrahas,
differas, proferas, proroges, protendas, in illud
tempus reicias, protrudas, vt rem suspendas, sustineas,
vt rei moram, facias, moram iniicias, vt rei exitum
mororis.

No inas no me detengan.

Vide ne quid mihi ad hoc negotium temporis acco-
dat, ne tempus addatur, nequa fiat accessio temporis,
ne quid mihi temporis in hoc negotio, in hoc mune-
re, in hac administratione prorogetur, ne fiat longior,
ne ducatur longius, ne sit diuturnior hæc administra-
tio.

Proceed no me alarguen el tiempo.

Caue ne mihi spatium producat, dies proferatur,
prorogetur, protrahatur, extrahatur, protendatur, fiat
longior, ne res longius ducatur, ne in aliud tempus re-
iiciatur, protrudatur, referuetur.

Querria que fue sdes mas curioso en componer.

Velim te plus diligentie, curæ, operæ, industriæ stu-
dij in scribendo ponere, locare, collocare, consumere;
plus diligentie ad scribendum conferri á te velim; o-
peram nauari studio maioris in scribendo cuperem:
tuis in scriptis, diligentiam desidero, requiro. maiorē
postulo: non scribis accuratē, non diligenter, non stu-
diose, non ea quæ opus esset, quam res postulat diligen-

P 3 cia, mi-

Dilato

26.
22.
21.
20.
19.
18.
17.
16.
15.
14.
13.
12.
11.
10.
9.
8.
7.
6.
5.
4.
3.
2.
1.

Diligen
te.

ELEGANCIAS DE

tiā, minus quam oporteat diligenter. impiger in scribendo non admodum es.

En toda cosa de cumplimiento era diligentísimo.

Erat in omni genere officij maxime omnium diligentissimus, omnis officij diligentissimus, vincebat, superabat, anteibat, antecedebat omnes, excellebat omnes, preestabat omnibus, antecellebat omnibus diligentia: par illi, æqualis, similis, cum illo comparandus, æquandus, conferendus, componendus in diligentia nemo fuit.

**Discor-
dar.**

Discordamos en opiniones, más en amistad somos muy conformes.

Discrepant sententiæ nostræ, cum tamen æquæ inter nos amemus, mutuis inter nos amor fit: opinione dissentimus non voluntate, nostræ sententiæ non congruunt, cum animi tamen nostri in amore consentiant: non idem sensus est, non idem iudicium, eadem tamen voluntas, eadem benevolentia: opinionum est inter nos dissimilitudo, non animorum: diuersa sentimus, eadem tamen volumus: animorum consensus inter nos est, opinionum dissensio.

**Discor-
dia.**

Por discordias se han perdido infinitas Republicas.

Multas Resp. ciuiles discordiæ perdiderunt, domesticæ seditiones, intestina bella, controuersiæ inter ciues, partium contentiones: ex ciuilibus discordiis, contentionibus, controuersiis, dissensionibus, seditionibus, multarum rerum pub. perniciēs fluxit, manauit orta est.

**Disposi-
cion.**

Taos amo. por lo que por mi haueys hecho, y por natural disposicion de mi animo.

Fit beneficistius, & inductione quadam animi mei, te vt diligam.

**Dis-
mular.**

Otro teneys en el coraçõ de lo q̃ vuestro rostro señala.

Vultu simulatio sustinetur, aliud vultu significatur, aliud in animo latet: non cõgruit animus cū vultu, dissenti animus à vultu, animi sensum vultus occultat.

Docto.

Soys gran humanista.

A pue-

A pueritia floruiti artibus iis, quæ ab humanitate nobis
men acceperunt.

Es buen Medico.

Bene doctus est, eruditus, instructus Medica scientia, medendi arte, Medicis litteris, scieus imprimis est, peritus, intelligens, gnarus Medicinæ: longè processit in Medicinæ scientia, nouit penitus Medicinam, tenet, possidet, callet: Medicinæ scientiam ita est assecutus ut pauci, Medicinæ scientia valet, floret, præstat, excellit: Medicinæ doctrina, scientia, petita, cognitione, intelligentia, eruditione cum paucis cōferendus est, inferior nemi nisi nota ei præclarè Medicina est, patet ei, quæ multos latent, ex Medica scientia ex medendi arte multum hausit ex iis libris, vnde manat Medicinæ cognitio: Medicinæ scientiam planè cōplexus est, mente atq. animo cōprehendit, ingenio sibi aperuit, cōparauit, peperit.

Litteras planè non nouerat, parum in via litterarum processerat, litteras vix attigerat, gustauerat, litteras à limite salutauerat, ex abditis litterarum fontibus, aut nihil, aut parum hauserat, litteris erat mediocriter, leuiter, vulgariter, non admodum, hausa satis, haud multum eruditus, institutus, instructus, planè, perfectè, absolute, exquisita quadam ratione, excellenter, egregiè, præclarè litteratus non erat, longè aberat à perfectà litterarum scientia, reconditæ, interiores, exquisitæ, singulares, egregiæ in illo litteræ non erant, vulgares in illo litteræ erant.

Es muy docto.

Multæ sunt in eo litteræ, & ex quidem reconditæ, & exquisitæ.

Es cosa de duda.

Duda.

Dubium est, dubitandum est, dubitari potest, in dubio est, est cur dubitetur, dubitationem res habet, ambiguum est, in dubio versatur, in dubio positum est, in ambiguo, in ancipiti, planè non constat, non patet, non liquet, apertum non est, perspicuum, dilucidum

ELEGANCIAS DE

dum, dilucide nō patet, qui sit belli exitus futurus de belli euentu potest ambigi: certō diuinare, conicere, augurari affirmare non licet, exploratum nō est, certa coniectura nō est. in dubium vocari potest euentus belli, in dubium venire, in dubitationē adduci potest, in vtramque partem iudicari de belli euentu. anceps de belli exitu, ambigua, dubia, incerta, difficilis admodū, obscura, quę obscuritatis, & erroris habet multum, nō simplex nō aperta, nō perspicua, parum certa diuinatio, coniectura, opinio est. coniecturam facere de bellifexitu, cui licet quid in bello casurum sit & vtram in partem inclinaturā victoria; nemo despiciit, videt, intelligit, nouit: exitum belli certa ratio non ostendit, nō promittit.

*Dudo so,
legras ar
riba ani
mo dudo
so.*

No se que determine.

Anceps valde sum, in ancipiti cura versor, non despicio, non diiudico, vtram in partem me dem, vtrum sit rectius, conducibilis, eligendum: consilium non explico, exitum non reperio, animi pendeo, dubius sum, incertus sum: exploratum, apertum, certum non habeo: dubitatio me tener, difficilis mihi dubitatio est, teneor implicatus, varie distractior, in vtramque partem animus inclinat: dubia cogitatione, ancipiti cura distractior, iactor, versor, pendet animus, fluctuat, labat in consilio, nutat, non consistit, nihil habet explorati: hæreo, nihil explico, nihil expeditio: quid consilij capiam, ignoro: explicata, explorata capiendi consilij ratio mihi non est.

E

Edad.

Es de edad de doze años.

Annos duodecim natus est: duodecimū ætatis annum agit, ætatei est duodecim annorum, duodecimū ætatis annum non excoessit, non egressus est, non expleuit.

Uos estays en lo mejor de vuestra edad.

Flores ætate, integra, firma, valida ætate es, ætate viges

viges, vales, validus, es, firmus es.

Gran afrenta era mentir en tempo passado.

Maiorū nostrorū ætate, tēpestāte, tēporibus, quo sæculo maiores nostri vixerunt, mendaciū probro maximo fuit, mendaciū dicere turpissimū fuit, veritas ita coleatur, vt falsi homines pessimē audirent.

Mucho se trato deste negocio. Pero no se efectuó cosa alguna.

Diu deliberatum, actum, consultatum est: perfectā tamen confecta, absoluta, proliata, ad finē perducta res non est, exitū res nō habuit, ad exitū nō venit, perducta non est: deliberationem consecuta res nō est,

Efecto

No me sucedió como yo quería

Nō cecidit, vt optabā, præter meā voluntatē, contra voluntatem, contra quam volebam, secus ac volebam euenit, exitū res habuit alienū à voluntate, minime cū voluntate congruentē, aduersum voluntati, exitus rei, euentus rei voluntati non respondit, optatum exitum consecuta res non est, ad exitum non peruenit: res pro voluntate non successit, cupiditatem fortuna frustrata est, fetellit, deiusit, irritam fecit, summa cupiditas, res plane nulla fuit: sperandum euentum sortita res non est, nacta non est, adepta non est.

Eloquio te, vide dextr. mucho

A la hora de agora, o mi negocio es efectuado, o está bien cerca dello.

Puto rem, aut iam esse aliquam, aut appropinquare, aut confectum iam aliquid, aut inibi esse arbitror: vt opinio mea fert, res non abest longius, non longē ab sumus à re, longinqua res non est.

Nunca dexas tu mala vida.

Empero dase.

Nunquā à vitiis animū, mētē, cogitationē adducis, nūquā de vitiis nō cogitas, herēt in animo tuo studia vitiorū, nūquā tua mēs ab improbis cogitationibus discedit, abducitur, auellitur: vitia semper cogitat animus tuus.

Gran fama alcançan los que emprenden grandes cosas, aunque no salgan con ellas.

Empresa.

F 5 Qui

ELEGANCIAS DE

Qui facinus egregium aggrediuntur, iis, etiam si non succedat, laus tamen aliqua debetur: qui ad res præclaras animū adiiciūt, animū adiungunt, sese applicāt, sua studia conferunt, præclaris in rebus industriā suam exercent, operam ponunt, ij, vel si spem fortuna fruitur, fallat, vel si spei exitus non respondeat, vt id quod velint, minus assequantur, vt quo spectant, minime perueniant, omni tamen excludendi laudi non sunt, aliqua tamen eos ornari laude æquum est: magna suscipiētibus, ad res egregias, nobiles, præclaras, eximias aggredientibus, vel si frustra labor suscipiatur, inanis opera sit, non planē feliciter, non prosperē, non optime, non omnino ex animi sententia cadat, habendus tamē honor est: præclara conātes, in secundis, tertijsq. si consequi prima non liceat, consistere laus est: qui ad summam gloriam suæ vitæ cursum dirigunt, qui summa petunt, ad summa contendunt, etiam si spe frustreretur etiāsi quo intenderint, non perueniant, etiam si meta non attingant, est tamen cur laudentur, non sunt omni prorsus laude submouendi, decus aliquod, mercedem voluntatis egregiæ, magni, præstantis, excellentis, excelsi, erecti animi præmium ferre debent.

Mira lo que emprendes.

Etiam atque etiā vide quātū facinus conere, animaduertere quid suscipias, quid sustinere possis, quam graui subeas oneri, quantū tibi oneris imponas, quantam ineas rē, cuius difficultatis, cuius industriæ, cuius operæ sit, quā difficile, durū, spissum, laboriosum, operosum, quantum industriæ, quam facultatē quas vires, quos nervos, quantum roboris postulet id quod conaris, moliris, tentas, instituis, suscipis, aggredieris:

En esto empleare todas mis fuerzas.

*Empren
der de
proposito*

In arcem huius causæ inuadam, totis viribus, toto pectore contendam.

De gran Orador es en seguir cosas buenas, y dar lafre a las feas.

Magni

Magni Oratoris est humilia tollere, efferre ea; quæ iacere videtur, excitare, atque erigere, obsecris dare lucem, splendorem afferre, obscura illustrare.

Desprettate en cobrar lo que has perdido.

Ingenium intende, adhibe, confer huc, in hanc vñā curam: intende aciem ingenij tui, acue tuum ingenium, vt aliquam tam grauis damni ~~facili~~ ratione meas, vt quod accepisti damnum, aliqua recompenietur.

No es bien ser cruel con sus hijos.

*Embra-
necesse,
o boluer
se.*

Squire in filios, sæuitiam aduersus filios exercere, crudeliter agere cum filiis nunquam debemus: tanti esse nihil debet, vt crudeles in liberos simus, vt crudeles nos liberi nostri experiantur: si quid agitur cum filiis, crudelitas absit, nunquam crudelitati locus sit.

Siempre me encomendays lo que yo no puedo hazer.

*Encar-
gar.*

Soles ea michi imponere, quæ sustinere vix possum: ea imperas, præcipis, iubes, mandas, committis, quæ vires meas exuperent, quæ præstare, perficere, exequi vix possim, magni negotij est, summæ difficultatis, operæ nõ exiguæ, ad exitum ea perducere, quæ in mandatis à te habeo: dura nimis, grauiā, difficilia mihi imperas.

Tomad esto como si fuesse cosa mia.

*Encomē
dar.*

Omne tibi rem, atque causam commendo, atque trado, eius negotium sic velim suscipias, vt si esset res mea, tibi commendo, ac trado, vt grauiissimè, diligentissimèq. possum.

Todos lo encargo todo lo que puedo:

Sic tibi eum commendo, vt maiore cura, studio, sollicitudine animi commendare non possim; velim tibi persuadeas, nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quam si omnibus tuis opibus, omni studio eum iuueris; peto à te maiore in modum, vel humanitatis tuæ, vel meæ causā, vt eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, conseruatum velis, ita à te peto, vt maiore studio, magis vè ex animo petere non possim. velim omne genus liberalitatis, quod

ELEGANCIAS DE

quod & ab humanitate, & potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, & vultu denique, ex primas: vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi quam maximas, quam primum, quam sapientissime gratias agat: vellim eum omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare; si me tantum facis, quanti & ipse existimat, & ego sentio, curas, quam primum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse: quantum & ipse speravit, nec ego dubitarim: velim eum quam honorificentissime pro tua natura, & quam liberalissime tractes: vellim eum quam liberalissime complectere, maxime ut meum amicum, & ut tua dignum amicum tibi commendo: vehementer mihi gratum eris, si eum humanitate tua, quæ est singularis comprehenderis: sic tibi eum commendo, ut neque maiore studio quenquam, neque iustioribus de causis commendare possim: gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, id est, si eum quam maxime, quibuscumque rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris, iuveris, atque ornaueris: peto à te maiorem in modum, ut ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fidesque patietur, commodes: cures, ut is intelligat hanc meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento, & ornamento fuisse: si vlla mea apud te commendatio valuit (multas autem valuisse plurimum scio) hæc, ut valeat, rogo: maiorem in modum à te peto, ut cum omnes meos æquè ac tuos pro nostra necessitudine observare debeas: hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat nullam rem sibi maiori usui, aut ornamento, quam meam commendationem esse potuisse: eum, si me diligis, eo numero cura, ut habes, quo me ipsum hanc commendationem, quam is literis consignare volui, scita esse omnino gravissimam: cum si tibi commendabo verbis istis, quibus,

cum

PAVLO MANVCIO. 47

quoniam diligentissimè quid agimus, vti solemus, vix tam-
 pò satisfecisse mihi videar: genere commendationis
 mirifico, eoq. plauere quod sit ex intima arte, intimo-
 que ex animo depromptum, vsum me putato: commen-
 do tibi eum non vulgariter, sed ita prorsus vt quos dili-
 gentissimè, valdeque ex animo soleo commendare apud te sum,
 tantum valere apud te commendationem meam, effice
 vt intelligam eum tibi commendo; ea commendatio-
 ne, quæ potest esse diligentissima.

Reprehendens sine culpa.

Aculas, culpam immerentem expertem culpæ, vacuam
 à culpa, remotam à culpa damnas, in iudicium vocas,
 reum facis, persequeris, vitio tribuis, vitio vertis, si au-
 didas immerenti, ei qui culpam non commisit, cul-
 pæ sibi conscius non est: confers culpam in expertem
 criminis, in fontem immerentem, innoxium, exagit asil-
 lum: in infamiam, in culpam vocas, adducis, iniustè, si-
 ne causa, iniuria, immeritò, contra quam ius est.

Encul-

*par. Es-
de repre-
hender.*

Causans odium.

Graues suscipies: inimicitias, subibis, adibis, venies ad
 inimicitias: graue odium aduersus te cecitabis, grades ti-
 bi erunt inimicitia, odiū subibis acerbissimum, habebis
 qui tibi vehementer insensū sint: incurres in odium ca-
 pitale: excitabitur odium aduersus te, creabitur in odiū
 venies: odium suscipies: odium in te conuerteres.

*Enemif-
catis*

Soluimus in amicitia.

Inimicitias deposuimus: in gratiam rediimus: recon-
 ciliati sumus: odia dimisimus, abiiecimus, deposuimus.

Eniando vna comigo.

Aequilissimus mihi non est, paullo iniquior in me, ini-
 quiore animo erga me, animo est in me nō satis equo.

A doleio de mucho estudio.

Aegrotabat ex labore studiorum: iacebat ob studio-
 rum labores: morbo languebat ex intemperantia stu-
 diorum: male se habebat, inciderat in morbum, quod
 immoderatè studiis vteretur, quod ei studiorum mo-
 dus

*Enfer-
mo.*

ELEGANCIAS DE

duseffet nullus, quia minime sibi parceret in studiis; affectus grauius est, valetudine vitur aduersa, de-
cumbit oppressus morbo, laborat morbo, valet pes-
sime ex nimia studiorum consuetudine, ex immodera-
to usu.

Engañar. Luego q̄ntè dio como le engañado quis o matarse.

Vbi se fraudatum, in fraudem inductum, fraude cir-
cumuentum, lrethum, captum, deceptum, fictis verbis
inductum, fallacis à veritate abductum lenit. intelle-
xit, vidit, cognouit vbi fraus illi patuit, manifestæ falla-
ciæ fuerunt, patefactus dolus ipse sibi manus afferre co-
natus est, voluntariam sibi mortem inferre, consciscere,
voluntaria morte vitam abrupere.

Engaño. Pues sabays mi cōdición no hayays de creer q̄ os engañó.

Cum ingenium meū re perspexeris, cognoueris, ex-
pertus sis: vsu perspectū habeas, ipsa te cognitum, nihil
in me insidiosum, aut fallax debes agnoscere: abesse me
ab omni dolo, omniq. fraude, minime dolosum, astu-
tum, insidiosum, fraudulentum, ne tēdis fraudibus, pa-
randis dolis, ltruēdis insidiis astuetum, sinceri animi,
simplicis ingenij, apertæ voluntatis, rectæ mentis, alie-
num ab arte simulandi, fraudandi, fallendi, decipiendi.

Engañar. Muchas veces la cara engaña.

Fallit vultus, mentitur, fraudē facit, in fraudē indu-
cit, decipit: dissenti animus à vultu: non conuenit ani-
mus cum vultu: index animi verus non est vultus, falsa
vultus imagine, ficta specie dissimulatur animus: aliud
vultus præsert, aliud animus celat. occultat, tegit, al-
liud in animo latet: tegit animū vultus: mendax vultus
celat: latet animus in vultu, vultu quasi velo, aut inuo-
lucro animus obtegatur, atq. obtenditur: veram imagi-
nem animi vultus non præfert: sensus animi cum spe-
cie vultus minime congruit, minime consentit.

*Engor-
dar.* Si no quitas del comer engor daras de masiado.

Nisi cibo parcas, à cibo abstineas, cibum minuas, de
cibo detrahas, tibi temperes, modereris in cibis, nisi ci-

bo' partius vtare, pinguior euades, quā satis est, nimitū pinguesces; nimitiam pinguedinem indues; lenior fies, obērior fies, nimia pinguedine laborabis.

En grande manera.

Valde maximē, magnopere, maximopere, vehemēter, admodum, etiam atque etiam, non mediocriter, nō parum, in primis, præcipuē.

Principalmente.

Summē, vehemēter, valde, magnopere, etiā, atq. etiā, maxime, mire, mirifice, incredibilitē, singulariter, vnicē, egregie, insignitē, cū primis, in primis, præcipuē apprimē, admodum, maiorem in modum, mirum in modum, mirādum in modum, supra modū, extra modum, oppido, eximie, maximopere, nō vulgariter, nō mediocriter, non minime, nō aliorum exemplū, nō ex cōmuni consuetudine, non vt solet, non vt mos est, non more, non ordine, nō aliorū exēplo, extra morem, extra ordinē, præter exēplum, sic, vt nihil magis, nihil supra, nihil vltra, nihil tale, nihil ad illud, vt cōferri nihil possit, simile, par, æquale, eiusmodi, eius generis nihil sit.

De grande pesar en lo que.

En lo que cer.

Ita insaniit vi doloris, vt mentē rectā, animi sensum, rationem nunquam receperit, in perpetuum amiserit: insaniē morbo ita est affectus, in morbum insaniē ita incidit, vt nunquam postea conualuerit, vt furorē nunquam deposuerit, vt bonam mentem nunquam reuocauerit, vt à furore, à dementia nunquam se ad sanitatē retulerit: ita discessit à mente, ita mentem perdidit, vt illū nemo postea ratione præditum viderit.

Tu me hazes colerico, aunq̃ no lo soy de mi naturaleza

Enoja.

Stomachum mihi facis, bilem cōmoues: inducis me, impellis, incitas ad iram, facis vt irascar, vt ira cōmouear, afficiar, corripiar, vt exardescā, vt exardeam, vt ira flagrem: et si nequaquam iracundus homo natura sum, non prociuis, pronus, propensus, inclinatus ad iram, non irā deditus: non is, qui ad iram faciliē labatur

ELEGANCIAS DE

labatur: sum alienus, longe remotus ab ira, quanquam iuris in me parum habet ira, minime mihi dominatur ira, non admodum ad iram propendo, inclino, ab ira longe absum.

Qualquer cosa que hara cõ colera te fera afrentosa.

Quidquid ages iracundè, iratus, in ira, cum ira, irato animo, animo, ira commoto, ira affecto, ira agitato commotus ira, adductus, inductus, impulsus, incitatus, actus accensus, inflammatus iracundiæ vi compulsus, turpiter ages, tua cum infamia, ignominia, tuo cum dedecore, turpi te macula inquinabis, labe inficies, dedecus, infamiae turpis nota consequetur.

Enoja a mucho en gran gaste.

Inuidiosa est apud omnes bonos tua largitio: inuidiâ tibi parit: inuidiæ tibi est ista largitio, lædit animos bonorum: tua largitione grauius afficiuntur bonorum animi largitione alienas à te bonorum animos.

Exarsit iracundia vehementer: exarsit vehementer: excanduit, comotus est, incensus, inflammatus ira vehementi, furere coepit: furor illum inuasit.

Enojose mucho.

No he sentido mayor enoja a pesar.

Ex omnibus iniuriis, quas in me contulit, coniecit, quibus me affecit, vexauit, exagitauit, insectatus est, nulla mihi fuit grauior, nulla me grauius affecit, grauiorem nullam sensi, grauius nullam tuli, quàm cum amici mei dedecus, ignominiam, dehonestamentum per summam iniuriam, notandumque scelus quæsiuit, infamiâ amico meo machinatus est.

Enseñar

Enseñada a vuestro hijo que sea tal como vos.

Filium tuum imitatione tui velim erudias: iisdem studiis, quibus ipse excellis imbuatur filius tuus: eat filius tuus iisdem itineribus, quibus ipse ad summam scientiæ gloriam peruenit.

Entender

He entendido lo que de mi haueys hablado.

Perlatuſ est, delatuſ est ad me tuus de me sermo.

Han me lo dicho.

Allatum

Allatum est ad me,

Este fue mi designo.

Consilium meum hoc fuit: hoc spectavi: hoc volui: *Vide de signo.*
idegi.

Aun que no te declaro por su este no padre lo digo.

Patrem tuum nutu significatione que appello.

En todo tiene gracia.

Aptissimus est ad omnes res: nemo est illo commo- *En todo tiene gracia.*
dior, aut aptior: in omni re: in omni iudicio elegantis-
simus est, egregio iudicio perpolitus: summa est in il-
lo ingenij suauitas & elegantia: nihil agit non apte, non
commode, non eleganter, non laute, non venuste, non
lepidè, non egregie: lepores habet elegantia, lautitia, ve-
nustatem in omni re, quidquid agit, cum lepore agit,
cum elegantia, sic, ut gratiam ab omnibus ineat, ut ap-
tior, accommodatior, idoneus magis videatur nemo,
proprie factus à natura videatur ad omnes res. natus
ad omnia, appositum quiddam possidet ad omnes res.

Entretener el negocio.

Rem sustine, suspende quoad licet: moram interpo- *Entretener.*
nerem ducas, producas proroges, protrahas.

Como te que me he cansado en balde.

Nunc me sentio frustra elaborasse, inattem laborè *En vano*
suscepisse, spes meas infirmis, & labantibus fanda-
tis esse nixas: me ducem habuisse, ducem secutum esse,
incertam cæcam que spem, arido solo, infructuoso câ-
po, arenæ semina comisisse, mandasse: imprudentiam
consilij mei exitus rei mihi declarat: spe sum decep-
tus: ductus sum inani studio: laterem laui, operam ma-
le posui, oleum & operam perdi: studium inutiliter
consumpsi, locaui, posui.

Si no te diuertes de tu buen entendimiento, no erraras. Errar.

Tuo consilio si vteris, te ipsum si audies, ipse tibi si
obtemperaueris, morè gesseris, obsecutus fueris, nihil
errabis, nihil contra rem tuam, nihil à tuis rationibus
alienum committes: non laboris, non offendes: non ce-

G sideris

ELEGANCIAS DE

cideris, nullam offensionem, nullum calum, aut erro-
rem timebis, sapienter statues, rectè iudicabis, opti-
mam rationem inibis.

Al reñes me a su lado.

Spes me fefellit: opinione sum deceptus: falsa me
spes aluit, falsa lactauit opinio.

Escoger.

*No solamente os amo por las mercedes, q̃ me haueys
hecho: mas por haueyros escogido por amigo.*

Diligo te beneficio quidem tuo prouocatus, sed iudi-
cio etiam incitatus meo. meus in te amor ex iudicio
fluxit: meum de te iudicium consecutus amor est: mea
de tuis virtutibus opinio beneuolentiam peperit: con-
tuli me ad te amandum, quia te dignum amore iudico,
quoniam amabilis es: is es, qui amandus videare.

Bien haueys escogido en daros a letras.

Optimam partem elegisti, sapienter vitam institui-
sti, rectum cursum cepisti, optimo iudicio v suse est, sa-
pienter iudicasti, cum te ad ingenuarum artium stu-
dia contulisti.

*He determinado, o escogido sufrir antes qualquier co-
sa que boluer a tras.*

Statui, decreui, hoc mihi proposui, hoc deliberaui,
cõsiliũ hoc cepi, quiduis potius perpeti, quã susceptam
rem abiicere, ab incepto desistere, institutũ omittere.

*esforçar
se.*

Es fuer çatelo possible en que no pierdas tu honra.

Da operam diligenter, cuitere, conare, omni studio
contende, omnibus viribus, intende omnes neruos, in-
cumbe toto peẽtore, elabora quantũ in te est, studiu ad-
hibe quãtũ potes, confer huc omnia tua studia, omne
operã & industriã, age hoc quã diligẽter potes: ne quã
tuus honor iacturã faciat, ne quod ferat detrimentũ
ne quã iniuriã accipiat, ne qua labe inficiatur, ne quã
labem, aut maculam suscipiat, contrahat.

escuchar

Porque les days oreja?

Cur ad itorum sermonem aures tuæ patent? cur
horum sermonibus aures præbes? cur hi tuis auribus

vtun-

utuntur æquissimis: cur te tam facile habent in audiendo: cur tantam audiendi molestiam aures tue sustinent!

Si he hablado del ofensa me su mala vida.

Es ofensa

Si paulo in eum libentius inuectus sum, vindicabit me personæ turpitudō.

Meneſter eſ q ſe aſ la Virtud ſi quier eſ parece a bono d.

Es meneſter.

Si tuorum maiorū laudibus, et potere, si maiores tuos referre vis, cupis imitari, si te dignum maioribus tuis præbere citudes: ut ad virtutis in virtute incumbas, ad virtutem studia tua conferas, omni enim naturæ a te operam virtuti oportet deesse: tuum colere, tui munaris, tui ofacystorum partium est, non potes boni virtuti operam dare, non tibi licet virtute in negligere: hoc ad te pertinet, in te convenit, a te postulatur, at que adeo, tanquam debita res, exigitur.

ſon algunos de animo a flaco q de no nada ſe eſpanta.

Es eſpantarſe.

Multos ita pusilli, infirmi, animi videas, inuenias, qui ad omnes casus extimescant, pertimescunt, timeant, metuant, terreantur, deterreantur, perterreantur, timore commoveantur, metu perturbentur, afficiantur, timorem suscipiant multos ob infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem animi quilibet casus terret, deterret, perterret, perterrefacit, metu afficit, perturbat, intimorem coniecit, ad timorem impellit:

Parece que el negocio va bien.

Es eſperanza.

Hoc viſeo mihi esse consecutus, ut optimam spe habere; optime sperare, optima spe niti possimus, eodem rem perduxisse mihi videor, ut eventum sperare quam secundissimum liceat, rem, ut opinor, ita constitui, in eo statu collocaui, in eum statum adduxi, ita composui, atque conformavi, nihil ut aduersum timere, nihil contra voluntatem, omnia secunda, qualia volumus, ex nostra voluntate, ex animi sententia sperare possimus. iacta sunt a nobis fundamenta rei, sic inquam, ut certa prope motum in spe reliqua sint.

Conſio de veros hombre de gran Virtud

ELEGANCIAS DE

Spem affers eximiam summæ virtutis: adducis me summam in spem eximiæ virtutis: facis vt sperem de tua virtute: eaque minime vulgari: inclinât animus meus, à te videlicet impulsus, ad optimam spem tuæ virtutis eximiæ: tu quidem apud me in egregia spe virtutis prope singularis.

Mi esperanza fue falsa.

Spes me fefellit, frustrata est, decepit, defudit, spem meam non is quem volebam, exitus est consecutus: non successit, vt sperabam: non processit ex animi sententia: alter ac sperabam contigit accidit, euenit: exitus res habuit contra spem, alienum à spe: inadem fuisse meam spem, exitus rei declarat:

Perdido han la esperanza.

Ex magna spe decurbati, deiecti, detrusi, depulsi iacent, ex alta spe deciderunt: spem illam, quam susceperant, abiecerunt, deposuerunt, omiserunt: spe non tenentur vt antea, non aluntur: non eos, quæ antea spes tenet, pascit, alit. spes iam omnis abiit, discessit, euauit, nulla prorsus iam est: firma se niti spe putabant ea quàm sit imbecilla, nunc intelligunt.

No veo causa por donde ayays de esperar.

Non video cur speres, quare, quam ob rem, qua causa, qua de causa, quam ob causam, qua ratione adductus, qua commotus causa: quo impulsus argumentis: quæ te ratio, quid rationis in hanc spem adduxit, impulit: cur in hanc spem venisti? quam rationem secutus es? quæ te duxit, aut hortata spes est? quid effecit, vt sperares: tuæ spei causam ignorare me confiteor: spei tuæ causa me præterit, fugit, mihi quidem aperta, perspicua, manifesta, nota, satis clara non est, per obscura apud me est, explorata mihi non est, obscuritatis apud me habet plurimum.

Sperar.

Gran premio an de esperar las que bien biuen.

Premiorum spe magna, admodumque firma niti possunt ij, quorum vita cum virtute traducitur: egregia

PAVLO MANVCIO. SI

gia præmia pro certo expectare, sine dubio sibi polliceri, plane sperare licet iis, qui virtutem colunt, qui rectè, arque honeste, & cum virtute vitam agunt, peragunt, ducunt, traducunt, viuunt: magna sunt rectè agentibus præmia constituta, proposita, summa rectè agentes manent præmia: certum fructum boni colligentes, capient, percipient, ferent suæ virtutis probitatis, officij, optimorum consiliorum, ~~atque~~ factorum: mercedem actionum suarum expectare certissimam possunt, qui virtutem in vita primam habuerunt: quibus in vita virtus fuit antiquissima.

Espero que con vuestra concordia concorremos.

Espero.

In vestra concordia spem maximam pono victoriæ, *o temo.*
ex vestra concordia victoriam spero: vestra concordia *vide te*
victoriæ mihi spem affert: vt spero, pro mea quidè spe, *mor te*
quantum quidem spero, nisi me spes fallit, vt animus *go.*
meus auguratur, quemadmodum ipse mihi polliceor,
victoriam pariet, afferet: vestræ concordia fructus, ni
si meâ spes infirma prorsus est, erit victoria.

Por su virtud ha alcanzado ser franco de sisa, o alcavalas.

*Essento,
opruiile
giado.*

Virtute sua consecutus est, nihil vt publicè penderet, fructum vt nullum publicè penderet, vt vestigialis non esset, vt esset immunis, vt ex eorum numero qui publicè aliquid pendunt, eximeretur, nihil vt publicè solueret, vt esset ex pers eorum onerum, quæ putlicè imponuntur, vt nullam pecuniam in commune cõferret, vt publicis oneribus vacaret, tributarius vt non esset, tributum vt nullum conferret.

*estimar
vide ha
zer caso*

Gran consuelo sentireys si rebolueys en vnestra memoria lo que a otros como vos ha acaescido.

Esado.

Si quæ tui similibus viris in omni ætate acciderint, in tuo tristissimo tempore colliges, in memoriâ rediges, reuocabis, mente comprehenderis, tecum reputabis, in animo volues, ipse tecum examinabit, admodum iuuari te senties, non leue solatium capies.

ELEGANCIAS DE

hæc te valde cogitatio sustentabit: in hac tua tam graui, tam aduersa, tam misera, planè desperata fortuna: in hac non solùm aduersa, verum penitus euersa fortuna in tantis miseriis in tam misero rerum statu, tam miseris temporibus: in ista, qualem nemo vnquã fessit, in felicitate, nunc dum res tuæ pessimè se habent, pessimo loco sunt: dum tecum pessimè agitur: dum tibi pessimè cum fortuna conuenit: dum tuæ fortunæ planè perditæ, ac nullæ sunt: iù te premit infensa fortuna, dum te modis omnibus fortuna vexat, tibi negotium exhibet, molestia est, grauis est, dum te suis viribus oppugnat, dum in te ad te oppugnandum machinas adhibet, atque admouet.

El negocio esta en este punto.

In hoc statu res est: rei status hic est: res ita se habet: ita res habet, eiusmodi res est, hac in re sunt, in causa sunt, hoc loco res est.

De otra suerte van oy mis negocios.

Alia mea ratio est: diuersa in ea ratio est: mea res alio loco sunt: non eadem mea ratio est: aliter se habent res meæ nihil similes: nulla similitudo: quid simile? nihil habet res similitudinis: dissimilitudo magna, diuersa omnia, dissimilia, prorsus alia.

Al tiempo que mas hauiades de medrar, los han destruydo los contrarios.

Quo tempore florere debebas, debuit illustrior esse tua laus, altius ascendere, plus consequi dignitatis, maiorem obtinere existimationem, præstantior esse loco, plus habere auctoritatis, honestior esse, clarior esse, maior ac præstantior haberi debuisset: tum te tuorum inimicorum afflixit iniuria, perdidit, euertit, omnibus fortunis oppressit, ad exitium detrusit, impulit, nõ modo numero viuentium, sed plane infra mortuorum conditionem amandauit.

Vuestras cosas van como las mias.

Rerum mearum imaginem video in rebus tuis: plane res

ne res meas in cuius agnosco res tuas nihil à meis intelligo differre, nihil discrepare, cōgruunt res tuæ cū meis: rerum nostrarum eadem ratio est. nulla dissimilitudo: qui tuas res intuetur, meas intueri se dicet: tu res nihil differunt à meis: inter res nostras nihil inter est: nihil est, quo res tuæ differant à meis.

Poco se me da q̃ no me estimeys, o tengays en nada.

Facile patior te ita de me sentire, exultare, opinari, tuum hunc esse de me sensum: contemno tuam de me opinionem, sententiam, iudicium: tuam de me sententiam inanem prorsus leuēque ducō: parui est apud me tua de me sententia.

Debilitado tengo el estomago

Stomachus languet, infirmus est, male se habet: stomachi virtus iacet, languet, debilitata est, infirma est, imbecilla, imminuta, nulla prorsus. minimē ad cōcoquendum apta: languenti stomacho sum, infirmo, imbecillo, male constituto: stomacho non vtor optimē: stomachus laborat, non est, qualem digerendi ratio requirit, qualem optima valetudo postulat.

Quien ay que no yerre en esta vida.

Quis est, qui non offendat, non labatur in tam difficili, tãq. lubrica rerū humanarū via? cui timenda offensio non est? cui nam effugere, ac vitare offensionem licet quis ad offensionē prestare sibi quidquā possit?

I amas te hartas de estudiar.

Nunquam non legis, assiduē, omnibus horis, diu noctuque, noctem cum die legendo coniungis: heluolibrorum es, tua legendi sitis nunquam extinguitur, satiatur, expletur: totus in studiis es, litteris omnibus deditus es, nunquam studia intermittis, nunquam te seiungis à studio: libros de manibus nunquam deponis, libros assiduē in manibus habes, tractas, euoluis, lectitas, legendo conteris: modum in studiis non tenes, non retines, non seruas, nullum agnoscis, immoderate legis, non infra modum, sed supra modum

*Estomago gastado.
estoruar
Sede impedimento,*

Estropear.

estudiar mucho.

ELEGANCIAS DE

sunt studia tua: nimium te studiis dedisti: nimium in studiis operæ consumis: nimius es in studiis: vsum studiorum nunquam dimittis.

To solamente te leo a Ciceron.

Vni Ciceroni meum studium dicaui: ad vnum Ciceronem meam operam contuli: meum in vno Cicerone studium pono, consumo, colloco: vni Ciceroni operam do: vnus me Cicero delectat, capit, tenet, vnus mihi placet: vnus animum meum lectio pascit: vni meam operam, mea studia, meas vigilias dedi, tradidi, addixi, perpetuo dicatas esse volo.

Dando niño me he occupado en esto.

Huic me doctrinæ à pueritia dedi: hæc me à puerò doctrina delectauit: hæc ego doctrinam, hanc studiorum rationem, hoc studiorum genus ab ineunte ætate sum secutus, meam operam ad hæc studia iam inde à puero contuli, in hoc studiorum genere consumpsi, collocaui, his dedi studiis: hæc studia à primis annis colui: huic litterarum generi, à teneris annis deuinctus fui: incubui puer in hæc studia.

De cada dia se me enciende mas el desseo de estudiar.

Studium quotidie magis ingrauescit: quotidie magis cupiditate studiorum incendor, meam studiorum cupiditatem dies auget: tantum abest, vt meum studium dies imminuat, vt etiam augeat: incitor ad studia quotidie magis, studia complector, in studia incumbo: plus quotidie operæ in studiis pono, litteris quotidie magis vtor: studiorum amore, consuetudine, vfu, magis magisque capior in dies singulos.

Querria quæ tu estudiaffes Philosophia.

Velim te ad eius scientiæ studium adiungas, vnde nascitur, atque alitur moderatio viæ, vnde recta viuendi ratio, atque omnis ordo manat: velim te ad Philosophiam conseras, tuum studium applices: velim Philosophiam complectaris, philosophiæ te dedas, tuam operam eradas, tuum studium dices.

Ya ha

Ya he començado de velar, o estudiar de noche.

Vigilare de nocte, nocte, per noctem, studiorum causa coepi: nocturnas vigilias diurnus ad studium coepi adiungere: diurno cum studio coniungere, ad studia iam etiam aliquantum noctis assumo.

Pienso que me dexare de estudiar.

Multam litteris salutem dicere in animo est: prorsus abiicere studia cogito, seiungere me penitus à studiis, vsum studiorum in perpetuum dimittere, minime de studiis in posterum laborare, meam operam, meum tempus, meam industriam à studiis alio traducere, transferre, conferre.

Boluere a estudiar como solia,

Ad nostra me studia referam litterarum: studia repetam, reddam studiis operas intermissas: ad studiorum consuetudinem atque vsum redibo: pristina studia reuocabo, rursus ad studia me conferam.

Tiempo es de vacaciones.

Tiempo es de afloxar en poco los estudios.

Feriarum licet à studiis: postulat tempus, vt studia intermittantur: tempus fert, vt studiorum vsum parumper dimittatur, deponere aliquantisper studiorum onus licet: omittere studia, leuare animum onere studiorum honeste possumus: licet animum à studiis abducere: vacatio datur à studiis, feriae studiorum conceduntur.

En todo tiempo es prouechoso el e estudiar.

Studia nunquam non prolunt, non vtilia sunt, non vtilitatem pariunt, non emolumento sunt, non fructum ferunt, studiorum vtilitatem dies non imminuit, non terminatur spatio temporis, non definitur vlla die, perpetua est, eadem est in omni tempore, vitæ par est studiorum vtilitas, studiis secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur, à studiis delectatio peritur in secunda fortuna, salus in aduersa, studiorum fructus in omni fortuna idem est, studiorum tractatio nunquam

*Est lo
buena y
elegante
vide
composi-
cion.*

ELEGANCIAS DE

non vtilis, nunquam est infructuosa: habent studia quo iuue[mur] in omni vita, in omni fortuna, in omni loco. Ecquando studiis non iuamur? Ecquę dies vtilitatem studiorum extinguit, aut imminuit? de studiorum vtilitate nihil fortuna, nihil hominū infuria, nihil, ne dies quidem ipsa, detrahit.

Ensal- Con liberalidad ensalgarás tu fama.
gar.

Tuum nomen liberalitate extolles, efferes: tuā laudem excelsa, sublimique in loco, atque in illustri quadā specula liberalitas constituet, collocabit: ad summā laudem, ad summā ducem secutus liberalitatem, ducere liberalitate peruenies.

Exceder Examina en vos otros mismos la incóstantia de la fortuna
Gide a- Itendite animos vestros, ipsi vobiscum consulite, in-
bogado: te consilia cū animis vestris, & quę sit fortunę vicissitu-
Exami- do, quę mutatio, qui fluctus rerum humanarum, quā
nar. varia tempestate iactetur hominum vita, cogitate, an-
mauertite, attendite, examine, perpendite, cum ra-
tionē, tanquā æquissimā lance, diligenter æstimate.

Exercito Pocas erā los soldados de Cesar: pero el esfuerço mucho.

Genere potius, quam numero, firmum exercitum habebat Cæsar. frequentes admodum Cæsaris copię non erāt, sed fortitudine præstabant: erat in castris Cæsaris virtus, multitudo nō erat, nō militū, copia frequentia. numero, sed eorū virtute, robore, fortitudine animi præstantia, corporis viribus valebat Cæsar: numero exiguus erat Cæsari exercitus, firmitate amplissimus.

Toda la gente de acauallo quedo muerta.

Omnēs equitum turmę occisione occisę, cęsę, concisę, trucidatę, obtruncatę, profligatę sunt.

Experiē Es hombre muy experimentado.

cia.

Homo in rebus admodum versatus, magno rerum usu, in rebus agendis exercitatus.

Haz q̃ se conozca tu experiēcia en hablar en el Senado.

Fac in conueniendis Senatoribus tuum studiū extet, in prensandis, appellandis, rogandis Senatoribus: adhibe

habe studium ac diligentiam quàm licet maximam, age,
diligenter cum Senatoribus.

Poco Platónico soy.

Rudis es, ac yfuterum imperitus, experientia cares;
ysum rerum ignoras, non satis es in tractandis rebus ver-
satus.

Muy platónico en la Republica.

Vir clarissimus, spectatissimus, & in Rep. maximis,
grauissimisque causis cognitus, atq. in primis proba-
tus: homo valde honoratus, multæ estimationis & au-
thoritatis, cui plurimum tribuitur, cuius est grauissima
auctoritas, cuius sententia ac voluntas pondus habet:
peritus administrandæ Reipub. gnarus ac sciens tractân-
dæ Reipub. non parum versatus in publica re: minimè
omnium peregrinus in Rep. omnes Reip. partes opti-
mè tenens: minimè omnium rudis in Rep.

Platónico o experimentado en sobornar.

Ambis, prensas, nullum in prensando studium, nullû
officium prætermittis: tam prensas diligenter, quàm qui
maxime: tuâ est diligentissima prentatio, in ambiendis
hominibus nemo est vno te diligentior, nemo aptior,
sed vereor, ne non succedat exitus, ne te fallat, spe ne
frustreris, ne secus accidat, ne nō accidat, ne nō ex ani-
mi tui sententia procedat, succedat, cōtingat, eueniat.

Consejo de Manucio a la fin del Capi-
tulo, En grãde manera, el qual se po-
ne aqui acabada la letra E, porq̃
no turbe al niño.

*A Vertisca il lettore, che la predetta copia nō
egualmète tutta caderà à proposito di vn
sentimèto ma se bisogno di accomodarla, e
dispēsarla, secondo che richieder à la uarià na*

ELEGANCIAS DE

turai de cōcerti: à noi è bastato diraccorla per
che seru'isse a significare grãdezza di quãtità:
il rimanente all'altrui giudicio si rimette, nõ
essendo qui luogo di insegnare, doue propriamē
te ciascuna parola, o col concetto, o con altra
parola si possa congiungere: il che a Dio piace
1a ess do cresciute che siano in noi le forze dell inge
Paulo 1a gno, e del corpo, viuente chi alla presente fati
tre super cam i hap sto. & in grã maniera aiutato per
f. 1a. auuentura vn giorno si fara. Quic re dezir,

Entienda el lector, que la sobredicha copia de syno
nymos, no se puede ygualmente vsar en qualquier sen
tencia: sino que se ha de acomodar a la materia que tra
tamos. A mi bastame hauer recogido lo que conuiene
para significar grandeza de quantidad, y qualidad, re
mitiendo lo demas para otro tiempo, pues no es este
lugar de preceptos de la propiedad de los vocablos, ni
de como se han de ajuntar. Si Dios quiere quando yo
sea de mas edad, y esten mas aumentadas las fuerças de
mi cuerpo e ingenio, biuiendo el que en esta empreta
me puso, y fauorecio, quic se efectuara lo que agora
no puedo. F

Facil-
mente.

Facilmente: sin trabajo.

Facile, non difficulter, non laboriose, paruo nego
tio, fatis leuiter, qui sapientia valeat, fortunæ resistit: sa
pie, au fa. lie est, non difficile, non laboriosum, opero
sum non est: negotij nihil est, difficultatis non est, labo
ris non est: difficilis opere non est, impetum fortunæ su
stinere, tueri se ab iniuriis fortunæ.

Falso.

Mentira es essa.

Quicquid dicis falsum est, minime verum, alienum,
seiyunctum à veritate, abest à vero, aduersatur veritati,
menda-

mendatium est: falsa est omnis oratio tua: quidquid loqueris, falsò loqueris.

Cada uno es obligado a buscar buena fama.

Fama.

Id est unicuique optandum, vt bene audiat, bene vt ei dicatur, honestam famã egregium nomen, bonã apud homines opinionem consequatur, vt eius nomen fama diuulget, peruulget, circumferat, circungeltet, per orbem terrarum dissipect, a l vltimas terrarum partes, ad vltimas terras peruehat, vt eius nomẽ fama celebretur, omniũ sermonibus extollatur, sit in ore omniũ, vt nomĩnis fama ad extremas terras peruat, perueniat.

Si hazes como hasta hoy conseruaras tu buena fama.

Si tuam consuetudinem tueberis, sicut instituiti, perges, optima consequetur fama, hominum existimatio: præmium feres famam.

No ay hombre que tenga mas fama que

Tua virtute & magnitudine animi nihil est nobilius: singularis in te laus ob tuam virtutem, animi prestantiam confertur: maiorem autem virtutis, animi prestantis animi opinionem apud homines, plus famam consecutus est nemo.

Si acabays los libros que hancys comenzado, dadlos a perpetua memoria.

Si tua scripta ad exitum perduces, perficies, conficies, absolues, si tuis scriptis finem impones, extremam manum impones, perpetua erit, æterna, immortalis tua fama: nunquam deficiet, consenesceat, peribit, obscurabitur, extinguetur, delebitur, nulla dies tuam famam terminabit, nullum temporis spatium circumscribet, nulla vetustas corrumpet: vigeat in omnes annos tua fama: omnis te posteritas cognoscat, tuas laudes excipiet, ac tuebitur, nomen tuum immortalitati commendabis, immortalitate donabis, immortalitatis præmia consequeris, non simul cum corpore tuum nomen mors extinguet, delebit, auferet: tuum nomen ab interitu vindicabis, in hominum memoria retinebis, æterna laus

ELEGANCIAS DE

na laude illustrabis, decorabis, afficies, ornabis, de te posteritas omnis, & audiet, & loquetur.

Familiar.

Es muy familiar mio.

Summus mihi cum eo intercedit usus, summa familiaritas: arctissima noscitur coniuncti sumus: vinculis arctissime familiaritatis adstricti sumus: vtor eo, itq. me vicissim, valde familiariter: nihil est nostra familiaritate coniunctus, alter alteri familiares admodum sumus: mutua est inter nos, eaq. summa familiaritas.

Familiaridad.

Somos amigos de mucho tiempo.

Multos annos vtor eo valde familiariter: magna mihi cum illo familiaritas, usus, familiaris consuetudo intercedit: mihi est familiaritate coniunctissimus: nihil est nostra familiaritate coniunctus, eo sic vtor, vt nec familiarius vlllo, nec libentius: quotidiana mihi cum eo consuetudo est: ita mihi familiaris est, vt nihil esse possit coniunctus: magno mihi familiaritatis usu coniunctus est, obstrictus est: amicitia nostra summam ad familiaritatem peruenit.

Fatigarse.

Postoneys que sudar si esto emprendeys.

Si hoc suscipis, sumis, aggredieris, negotij multum habebis, feres laboris plurimum, rem difficilem, grauem, laboriosam, operosam, molestam: inprimis ac duram senties, experieris, cognosces, valde tibi erit elaborandum, magnus in te labor, graue onus incumbet, oneris multum, laboris, molestiae sustinebis.

De gran fatiga he salido.

Perrunctus sum labore grauissimo, leuatus sum, liberatus, exolutus, exemptus labori finis impositus est, factus est, labor ad finem peruenit, terminatus est iam, me non vrget, non premit, non vexat labor: labori grauissimo quies aliquando successit.

Mucho os fatigays en las letras.

Nimis elaboras, inuigilas, sudas, exerces te nimis immoderate, supra modum, intemperanter in studiis: nimium laboriose studia tractas, colis, exerces: sustines laboris

boris plus, quam satis est, in studiis exercendis: sic e-
laboras in studiis, vt vires tuas imminuas, consumas,
exhaurias, debilites, infirmes, affligas.

Has perdidit el fauor del pueblo, por culpa de los tuyos.

Fauor:

Factum est non tua, sed tuorum culpa, vitio tuorum,
non tuo contigit, et populi studium, gratiam, beneuolen-
tiam amiseris, perdidideris: vt studio, gratia, beneuolen-
tia populi excideris: vt populus non amplius tibi faueat,
studeat, suffragetur, tui studiosus, tibi amicus, bene in
te sit animatus, studium populi, gratiam, beneuolentiā
non tua, sed tuorum iniuria tibi eripuit, ademit, abstu-
lit: non per te, sed per tuos: non à te sed à tuis: non tuos
sed tuorum merito, iniuria tuorum potius, quam tua
effectum est, commissum est, vt populū tui studiosum,
bene in te animatum, tibi amicum iam non habeas: vt
gratiosus apud populum, carus populo, in populi gra-
tia minime sis, vt nullum populi studium, nullam gra-
tiam, aut beneuolentiam teneas, obtineas, possideas, vt
fauente populo, suffragante, benigno, tibi amico, bene
erga te animato, tui studioso, non vtaris: gratiam tuā
apud populum, non tua, sed tuorum culpa extinxit, ex
amore populi effluxisti.

*Fauore-
cer, vide
ayudar.*

*Fetnor,
vide gñ
fernor;*

Hoy los mas ricos son fauorecidos.

Ea temporum ratio est, vt, qui plus opibus valent, ma-
gis excellent gratia, gratiosiores sint: conferunt libeter
homines sua studia in locupletiores, diuitioribus fauet,
student, suffragantur, præsto sunt.

Fauoreceroshe quando fuerit mensester.

Vbi se obtulerit occasio, mea in te studia extabunt,
mea in te studia conferam, ornabo te, omnia tibi studia
præstabo, mea studia non desiderabis.

No a y que fjar en ninguno, por grande amigo que sea.

Fiar se.

Nemini vel summa necessitudine coniuncto, habē-
da fides est, nusquam tuta fides, cauendum est ne cu-
ius quam fidei nos credamus, committamus, res nostras
comendamus: cur rationis est, sapientie est, consilij est
nemini

ELEGANCIAS DE

nemini se credere, committere, nemini plane confidere, nullius in fide omnia statuere, ponere, collocare: quis est, quem tibi fidum præstare possis; cuius fide nititur totò possis, cuius incerta, dubia, infirma, fluxa fides non sit?

Fiar cartas. *Non tan importantes mis cartas, que no osó fiarlas sino a persona conocida.*

Eiusmodi sunt, eius generis, eius momenti mex litteræ, vt eas non audeam temere committere: non eius generis, non eiusmodi sunt mex litteræ, vt eas audeam temere credere.

Fin. *No se si sera la salida como la entrada.*

¶ Vtrum res eum finem, qui principio respondeat, a principio non dissentiat, non discrepet, habitura sit ignoro: futurum ne sit, vt extrema cum primis contendantur, consurgantur, extrema primis respondeant, consentiant, similia sint, non dispicio, quem sit exitum res habitura, similemne, an dissimilem principio; suspicari non possum.

No he tenido otro fin, sino libertar la patria.

Nihil aliud à communi libertate, nihil præter communem libertatem quæsiui, curauis, secutus sum, spectauis: ad vnâ ciuium libertatem meas curas intendi, cogitationes retuli, studia contuli, præter communem libertatem, proposita mihi nulla res fuit.

Fin de carta. *Acabo, rogando os me ameys.*

Finem scribendi faciam, si tū primum rogauero, vt me diligas: epistola clausula hæc erit, vt beneuolentiam in me tuam abs te petam: epistolam ita concludam: ita finem faciam, imponam.

Fingir. *No es cosa de hombre de bien el fingir.*

Virum bonum simulatio non decet: non cadit in virum bonum simulatio: ab omni simulandi studio vir bonus longe abest, non decet simulare, fragmenta non probantur: aliud sentire, & loqui, non eius est, qui vir bonus haberi velit, viri boni non est fingere, artem simu-

Amulandi qui sequitur in bonorum numero non est, bonorum numero excluditur, longè à bonorum consuetudine discedit.

No podre yo forçar a mi mismo para hablarle.

Vt illius vultum subeam, imperare mihi non poterò impetrare à me non poterò, adduci nunquam poterò, ipse mihi persuadere, animum inducere; animo vim inferre non poterò.

Lo mismo dice en el capitulo Indursi.

Vt illum adeam, ad illum accedam, ad illum me eo feram, illum alloquar, sermonem eum illo habeam, illius vultum subeam, adduci nunquam poterò, impetrare à me non poterò, imperare mihi non poterò, persuadere ipse mihi non poterò, neque adduci mea sponte, neque vlla impelli ratione poterò; nihil mihi difficilius, laboriosius, molestius, nihil maioris negotij, quàm vt cum illo sermonem iungam, vt illi sermone dem.

Bien me parece que os bayays hecho mercader, perea consejos, que no seys de la fortuna.

Non improbo, non displicet mihi tuum consiliū, non reprehendo, quòd ad mercaturam exerceam, negotia gerenda, administranda, ad negotiandum te contuleris, ad mercaturæ studium adiunxeris: te tamen hortor, tibi suadeo, auctor tibi sum, ne fortunæ si dem habéas, confidas, credas, ne te fortunæ committas, credas, tribuas, ne fortunæ potestati committas, ne, multum in fortuna ponas, in fidem, stabilem, firmum, constantem, certam fortunam ducas: vt à fortuna caueas, cautè agas cum fortuna, nimum tibi de fortuna pollicearis, spem in fortuna nullam reponas, constituas, vt fortunæ instabilitatem, leuitatem, inconstantiam, varietatem, mutationem, varios casus, vicissitudinem ex timescas.

Si estas prospera, no te saltean amigos: pexa, si la fortuna se muda, todos te dexaran.

*Forçar
su volun-
tad:*

*Forçar-
se, mo-
ne dispo-
nerse.*

Fortuna

ELEGANCIAS DE

In prospera secunda, comoda, optima fortuna, flarentissimis, prosperis, optimis rebus tuis, si tibi fortuna suffragabitur, fauabit, facilis erit, facilem se tibi, ac benignam præbebit, si tibi optime cum fortuna conueniet, si fortuna vteris prospera, secunda, facili, benigna, si tibi erit optime, si commodè tecum agetur, tranquillus erit rerum tuarum status, res tibi ex voluntate fluent, commodis abundabis, amicorum copia florebis, amicorum multitudinem non desiderabis. sin eges infelicitè, fortuna vteris aduersa, tuis commodis, atque optatis aduersabitur fortuna: inimicam fortunam experieris, tuis optatis fortuna non respondebit, malè tibi cum fortuna conueniet, male tecum agetur, incommodè tibi erit, casus aliquis rerum tuarum tranquillitatem perturbabit: percussus fortunæ vi iacebis, languebis, iacebit fortuna tua, iacebunt res tuæ aliqua te premet, & urgebit difficultas, infesta fortuna vteris, intensa, iniqua, aduersa, difficili, dura, acerba, parum prospera, parum secunda, parum facili, parum benigna, tum amicos requires, amicorum inopia laborabis, omnes te destituent, deserent, à te desciscient, discedent, recedent.

Fuego. *Mucho me daña estar al fuego.*

Ignè uti sine valetudinis damno mihi non licet: si ad ignem accedo, obest valetudini, valetudinis cum detrimento sit, læditur valetudo, damnum facit, infirmitas, incommodo afficitur.

Fuego. *Muchas cosas se han quemado esta noche.*

Hac nocte non mediocriter excitatum est incendium, vehemens ignis est accessus, adeo multæ conflagrauerunt, combustæ sunt, igne corruptæ sunt, consumptæ, assumptæ, grauis admodum periculi, summi damni exorta flamma est.

Fuera tiempo. *No es fuera tiempo bolueys.*

In alienum tempus cadit reditus tuus, non redis oportune, alieno tempore reuerteris: reuertendi maturitas

ritas nondum aderat, non erat, cur hoc tempore redire: tuum reditum minimè tempus postulat: ratio temporis improbat, ac dissuadet: minimè conuenit cum tempore tua reuersio: si temporis rationem spectasses, redeundi consilium non cepisses, aut susceptum abiiecisses, improbasses, vituperasses, reprehendisses, dampnasses, impetum absurdum, auersum à ratione, planè stultum iudicasses.

Todas mis fuerças porrè en este negocio.

Fuerças

In arcem huius causæ, in summam causam totus inuadam, omni vi, toto pectore incumbam, agam, pro mea virili parte, pro mea parte, pro virili, pro viribus, toto pectore, cunctis viribus, omnibus neruis, omni meo studio, quantum est in me, quantum in me positum, in me situm, quoad possum, quantum valeo, quantum quidè præstare ipse possum, quantum consequi viribus licet: cōtendā omni studio, summè conabor: enitar omnibus tum animi, tum corporis viribus, conferā ad hanc rem omnes vires, omnia studia, quicquid erit in me industria, operæ, curæ, diligentia, inuicem parcam viribus: elaborabo pro viribus: nullum studiū, nullam operam, aut industriā prætermittam: dabo operam, quantum in me erit, pro eo quod in me erit. (*struyr me.*)

Las pocas fuerças q̃ le quedauan, ha empleado en do

Fractam illam & debilitatam vim suam in me contulit: pro suarū virium infirmitate, imbecillitate, tenuitate nihil non egit, mihi vt incommodatet, obesse, dampnū inferret, afferret, crearet, cunctis viribus, quæ illi supererant exigue, infirmæ, imbecillæ: ad meam perniciem incubuit, & sus est.

Por mi haueys cobrado la antigua fuerça.

Ego te languētem, iacētē: male affectum ad pristinā valetudinē, virtutēq. reuocaui: meo beneficio pristinas vires recuperasti, recepisti, confirmatus es, factum est à me, vt ex morbo planè conualesceres, vt ex infirmo validus fieres, vt amissam valetudinē recuperares, & t

ELEGANCIAS DE

in statu valetudinis pristini, optimum restitueris

Funda- Buena principio has hecho de tu vida.

mento Optimum cursum cepisti, rationem praeclaram ini-
bueno. uisti, optimam partem elegisti, sapienter vitam insti-
tuiti, cum te Deo addixisti.

Furioso Por hauey perdido el pleyto se boluio loco.

Quia causa cecidit, litem perdidit furere coepit: ad
insaniam, furorem, demeritiam, amentiam, redactus
est, mente captus est, mentem amisit: mens cum reli-
quid, defecit, destituit, incidit in insaniam, morbum, pro-
lapsus est in furorem, a seipso discessit, a mente dis-
cessit.

Gasto. **Q**uis podria por rico q̄ fue se sustentatã gran gasto?

Quis ita firmus ab opibus est, ut sustinere sumptu
possit? cuius diuitiae sumptui pares esse possint? feren-
do sumptui quis sit? tantam impensam quis sustineat?
ita magni sumptus sunt, ut ferri non possint: ita gra-
uis est impensa, ut debilitare, atque opprimere quem-
uis possit, non est sumptus, qui ferri possit, supra mo-
dum immoderatus est.

Canar, *agarran* *los* *muchos con desseo de gannar toman officio de aduogado*

In forum multi veniunt, vel ueri plurimum faciunt
ut lucrentur plurimum, et questus maximos faciunt, lu-
cri cupiditate adducti, lucelli dulcedine illecti, lucrum
spectantes, lucrum secuti, lucro commoti, lucris spe: mul-
tos in forum lucris cupiditas adducit, ad agendas causas
impellit, facit augenda rei cupiditas, ditandi spes: con-
gerendarum opum, comparandarum diuitiarum, pecu-
niae colligenda, ut in forum se conferant, ut vocem in
questum conferant, ut agendis causis sedent, ut indu-
striam suam in agendis causis exerceant.

Rico se hizo pero no con honra, ni consciencia.

Questus maximos, sed turpissimos fecit, rem fecit
turpissimam, diuitias quaesuit malis artibus, multum il-
le quidem, sed inhoneste, sordide, parum laudabili-
ter: cum dedecore lucratus est, cum infamia lucrum
seu-

secutus est: tanti lucrum fecit, ea cupiditate ad lucrum incubuit, vt expetendum sibi, vel cum dedecore, cum infamia, torpi cum fama existimauerit.

El Capitan ha dexado todos los propósitos de guerra. General
Omniem cogitationem, omnia consilia, mentem prorsus omnem à bellis auocauit, abduxit Imperator is, qui nomine Imperatoris insignitur, Imperatoris titulo decoratur, Imperatoris eximia dignitate fungitur, Imperium in omnes habet, cuius Imperium est, cui potestas est, atque ius imperandi.

General
delexercito.

No creerás que poderosas son estas caderas de cauallos Gēte de
Vix credas, quantum in praelio valeat hæc equitū turma, quā firma sit, cuius roboris, quorum neruorū hæc equitum turma hoc equitatu, hac equitum manu, non licet putare quid quā acrius aut pugnacius esse.

Gēte de
acauallo

La gloria siempre acompaña a la virtud.

Gloria.

Gloria comitatur virtutem, virtutis comes est, virtutem sequitur, cum virtute coniuncta, ad virtutem adiuncta, nascitur à virtute, oritur ex virtute, manat, proficiscitur à virtute, virtus gloriam parit, largitur, affert, ad gloriam ducit.

Los trabajos q̄ agora padeces, te daran fama immortal.

Quos nūc fulcipis labores, ij te apud posteros æterna gloria donabunt, afficient, illustrabunt, ornabunt, decorabunt, tuum nomen immortalitati commendabunt, ab hominum obliuione, tui nominis famam in omnia sæcula discipabunt, posteritati tradent, omnium sermonibus & scriptis extorrandum, extollendū, celebrandum, honestandum, tuendum: cōsequeris tuis laboribus ne qua dies tui nominis famam delere possit, vt omnis de te posteritas loquatur, nullæ tuas laudes litteræ taceant, de tuis laudibus conticescant.

Dende niño fuiste amigo de gloria.

Inflammas ad gloriam à puero fuisti: iam inde à pueritia gloriæ studio, atque amore flagrabas: spectasti gloriā ante omnes res à primis annis, tibi est gloria.

ELEGANCIAS DE

ria omnium rerum antiquissima, in animo erat, in oculis erat, in amoribus erat, in deliciis erat.

Gloton?

Proprio et de mēchachos ser glotonēs.

Puerorum hoc est auidius appetere, ut ad appetendum procliuiores sint, ut eos ab appetendo ratio non fatis arceat, cōtineat, ut in appetendo nimis afferantur, minime sibi temperent, sibi moderentur, sibi parcant.

Gouernar.

Ss Vos tratarades mis cosas mejor me sucedieran.

Res meae bene & ex sententia successissent, prospere cecidissent, nihil in rebus meis accidisset in cōmodē, si tu eas gessisses, administrasses, tractasses, curasses, procurasses, si rebus meis praesuisisses, operā dedisses, si rerū mearū, fortunarū cura penes te fuisset, ad te pertinuisset, si tua in rebus meis opera usus esset, si rationes meae te curatorē, procuratorē habuissent.

(si me.)

Hā me dicho q̄ soy gouernador de Milā. cō poder plenif

Audio te Mediolanū summo cum imperio obtinere, tuam esse summam potestatem. summū ius in administrandis Mediolani rebus: praesse te Mediolano eo iure, quod amplissimum esse potest, ea potestate, quae potest esse maxima: ita te Mediolanum regere, ut summo utaris imperio, liceat tibi quidquid velis.

To gouierno la prouincia de Sn modo, y el de otro.

Dissentimus in regēda prouincia: in administratione prouinciā diuersa est: vtriusque ratio, non eadem sunt vtriusque instituta: longē distat ab illius institutis mea consuetudo: aliud ille spectat, aliud ego sequor, institutorum nostrorum dissimilis, diuersa ratio est.

He acabado el tiempo de mi gouernacion,

Annuum administrationis meae tempus cōfeci, abfolui, decurri, emeritae mihi sunt annuē operae, emeritum annum tempus: perfunctus sum annuo munere: dies annua praeteriit: abiit: annui imperij finem attigi, ad finem perueni.

He tenido muy grandes cargos.

Gessi maxima imperia: sustinui, administraui maximas

mas res, summis rebus præfui: summa mihi cōmissa sunt imperia, credita, mandata, tradita: curam gessi rerum maximarum: amplissimo imperio nō semel vsus sum: magno sæpe cum imperio fui.

Es tan gracioso, que a cada palabra haze reyr.

Gracioso.

so.

Dicta dicitur eiusmodi, iis vtitur dictis, ita facietis valet, ita belle scietis, venustè, argutè, ingeniosè, festiuè, lepidè iocetur, vt singulis verbis risum excitet, cōmoueat, faciat, vt audientes mira voluptate perfundat: eius dictis, facietis, iocationibus mire capiuntur oēs.

Tase que caso hazeys del.

Noui locum quem tenet apud te: noui quo sit apud te loco, qui sit apud te, quanti cum facias.

No estan las letras en el grado que merecen.

Grades

Non vt deberent honestæ sunt: non quanti deberet æstimatur, nō quo deberet, quo æquum esset, loco sunt: non, quem deberent, locum obtinent: non admodū in honore sunt, dignitatis, existimationis, honoris, loci non, habent satis, exigui pretij sunt, parui sunt, haud magni putantur bonæ artes, bonis artibus honor non est, locus non est, honor non tribuitur: bonæ artes honore vacanti, dignitate carent, non coluntur, iacent, miime vident, spernuntur, negliguntur, cōtemnuntur.

Dizen que los Gigantes son de inusitada grandez.a.

Grande

Maxime inter ceteros homines feruntur esse gigantes extraordinaria, inusitata, immensa magnitudine, magnitudinis immensæ, vastissima sunt gigantū copora, horribili magnitudine: non sunt gigantes cum ceteris hominibus corporis magnitudine conferendi: nemo nostrum est, qui gigantes magnitudine adæquet, qui gigantū magnitudinē æquet, assequatur, qui gigantibus par sit: excellunt gigantes magnitudine inter homines reliquos, ceteris hominibus præstant, antecellunt: gigantū magnitudo caret exemplo, extra ordinē est, præter naturæ morem, vastior est, quā mos naturæ ferat.

Gran honra gandr en aquel cargo.

ELEGANCIAS DE

Summam ex eo munere laudem, eximiam, egregiam, miram, mirificam, insignem, immensam, singularem, vnicam, incredibilem, excellentem, prestantissimam, amplissimam, æternam, sempiternam, immortalem, non mediocre, non minimam, non vulgarem consecutus est, adeptus est, obtinuit, tulit, quæ fuit, sibi peperit, comparauit.

Grā fer
nor.

No podria suestra padre poner mayor fuerza.

Pater tuus ita contendit vt nihil vnquam magis.

Congran instancia me pediste.

Singulari studio contendisti à me.

Deesses lo emprendio Cesar muy de veras.

Cæsaris postea mira cōtētio est cōsecuta: quo maxime potuit studio Cæsar incubuit, enixus est, laborauit.

Granja,
a coreyo.

Regalada vida es la del cortijo.

Ruri esse, ruri habitare, rus colere, rusticari, cum rusticis esse, in agris esse, rusticam vitam agere, periucundum est, delectat, in primis, iucunditatem habet, summa voluptatis est, malum affectum animū recreat, inuoluntatem fugat, morboris medicina est.

Grave-
dad co-
sa pesa-
da.

Es topefa mucho les de gran peso.

Gravis admodum hæc res est, gravitatis, ponderis habet multum, minime levis est: inest in hac re grauitatis, ponderisque multum, non mediocre pondus.

Grave-
dad, o
autori-
dad.

Siempre lo conocido de gran gravedad, y hombre verdadero.

Hominem grauem, certum, minime mendacem, minime falsum, studiosum veritatis cognoui, expertus sum, nihil in eo leuitatis, aut inconstantia, nihil inane, varium, mutabile, inconstans, nullam animi infirmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilij mutationem deprehendi: magna prædium grauitate semper cognoui: is mihi semper visus est, qui sibi optimè constet, nihil leue committat, nihil inane cogitet: non facile discedat à seipso, ægrè discedat à sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abiciat, sensum deponat, de suo statu demigret, quem nūl-

la res

la res, facile abducatur, auellatur à sententia, cuius mentem huc, & illuc in hanc, aut in illam partem in qua velis partem, vtram in partem velis, non facile flectas, & agit traducas, cum labore torqueas: alieno tempore nihil loquitur, nihil agit ineptè, nihil non hoc eodem ei vultus in omni re, eadem in omni fortuna mens est.

Consejo de Manucio.

Consideri il Lettore la predetta copia, & altre simili, nõ solamente quãto alla lingua, ma ancora quanto alla prudẽza, per cio che nella varietà dell' elocutio ni che fanno risplandere il concetto, o maggiore il rēdono trouerà sparsa alcuna volta qual che dottrina, onde si può apprehendere quelle virtu, & quelli vffici, che l'ede apportano, & molto sono gioueuoli & necessari alla vita humana, come qui (per esẽpio) habbiamo descritto, & dimostrato, qual sia l'vfficio dell' huomo graue, & in che consista.

Quiero dezir:

Aduierta el Lector la sobredicha copia, y otras semejantes, echãdo el ojo al language, y a la prudencia, porq̃ lo auiso, que en la variedad de las phrasas, que dan lustre a la oraciõ; y la amplificã, hallara tambiẽ doctrina mezclada de la qual se pueden aprender aquellas virtudes, y cumplimientos, q̃ honran a qualquier hombre en su estado: como se vee en este capitulo; en el qual dãdo synonymos para dezir, hombre de autoridãd y graue: assi como de passo, se enseña, qual es el oficio, y obligacion del hombre graue, y en que consiste.

Esta demasado por do; es rãtal de poco ingenio?

Grueso

ELEGANCIAS DE

Pinguis est, obesus est, pinguedine diffluit extra modū: quod habetis, tardi, stupidi ingenij signū est: quod ingenij tarditate arguit: qui potest in tāto abdomine, in tā vasta corporis mole, spiritus locū habere ingenio, aut mēti locus esse? ex illa pinguedine illo abdomine, illo sumine nobiles, elegantes, præclaræ cogitationes minime excitantur.

Guerra

Muchos daños causa la guerra.

Multa dāna, eaq; graua, bellū creat: infert, importat, multis, & grauibz dānis, bellū regiones afficit: vehemēter bellū regiones vastat, vexat, affligit, corrūpit, deiicit, prostermit, opprimit, perdit bellū regiones, corrūpit omnia, perdit omnia, quāsi flāma vrit, & consumit omnia, nulla calamitas est, nullū exitium: nihil tam durum, tam acerbū, quod in bello regiones non sentiant, experiantur, ferant, sustineant, perpetiantur: ecquod infortunium est, ecquæ calamitas, acerbitas, diritas, quæ nō ex bello nascatur, oriatur, creetur? nullius mali expertus est: nulla vacat calamitate regio illa, in qua bellū geritur, perculsa bello, atque prostrata iacent omnia.

Començar la guerra muchas vezes es needad pero alcã çar la victoria, no solamente es ventura, mas de grã valor

Bellum fuscipere, inire, inferre, mouere, ad bellum aggredi, arma capere: ire ad arma, sepe temeritatis est; cōficere autē, perficere, aboluere, restinguere, ad exitū feliciter perducere, victoria terminare, optato exitu cōcludere, nō fortunę solū, sed virtutis etiā est argumentum: qui bellum suscipit, is temere sepe facit, temerario impellitur cōsilio, temeritatis impulsu peccat: quī vero belli extrema delet, bello finē imponit, finem facit, finē statuit, belli reliquias aufert, cōficit, delet, non fortunæ solum sed virtuti quoque acceptum referre debet.

Lepido renouo la guerra civil q̃ estava ya apaziguada

Lepidus bellum ciuile inter ciues renouauit, redintegravit: concitauit, suscitauit iam extinctū, inflamauit, iā restinctum rursus excitauit, de nouo cōmouit, cōnflauit,

nouo

nouo bello ciues implicauit, ciues in bellū deuo cōfecit: magnis belli fluctibus obiecit, e opresen i trāquil-
litate magnas belli tempestate cōmouit, exci-
auit.

Temeſe vna gran guerra.

Belli magni timor impendet: res ad arma ſpectat: gra-
ue bellum in metu eſt: verſamur in timore magni bel-
li: aduentare, appropinquare, adeſſe iam graue bellum
videtur: graue bellum timemus, metumus, formida-
mus, extimeſcimus, pertimeſcimus.

H

Deſto he hablado largamente con vuestro hermano. Hablar

Hac de re cum tuo fratre multa verba feci: ſatis pro-
lixè ſum locutus: longum habui ſermonem, mul-
tis verbis egi, longam habui orationem, oratio mihi
cum tuo fratre fuit vberriſſima.

No ſufre nueſtra amiſtad que en pedir yo eſto gaſte muchas palabras. Hablar

poco.

Pluribus tecum agere nō debeo, longiorem oratio-
nem tua non expectat humanitas, non patitur, nō fert:
non ſuſtinet, reiſcit, recuſat, renuit, reſpuit: amicitia no-
ſtra minime patitur, vt te pluribus rogem.

El hablo muy mal, y contra honra vueſtra.

*Hablar
cōtra la
honra.*

Acerba nimis aduerſus tuam dignitatem eius oratio
fuit: inhonettè admodum de te locutus eſt: grauiffimè
tuam dignitatem oppugnauit, locutus eſt in te ſic, vt a-
cerbius, aut inhonettius non potuerit.

Vino a tal eſtado que no alcanſa en pan.

*Ha pa-
rado en
eſto.*

In eum locum deductus eſt, eo deuenit, eo redactus
eſt miſeriarum: in eas coniectus eſt anguſtias, eo redac-
tæ ſunt fortune ſuæ, eod eſt à fortuna deiectus, detru-
ſus, deturbatus, eo cecidit, vt vnde viueret non habe-
ret, vt ei ad victum neceſſaria minimè ſupperent, vt
inopia premeretur earum rerum, ſine quibus vix aut
ne vix quidem hominum vita ſuſtentatur: vt ea de-
ſideraret, ea requireret, quæ viuendi neceſſitas po-
ſtulat, atque exigat: ut iis rebus deſtitueretur, careret,
ab iis

ELEGANCIAS DE

ab iis esset rebus imparatus, earum rerum esset inops, ab iis rebus inops, egens, ea illi deessent, ea illum deficerent, earum rerum inopia laboraret, sine quibus agra vivitur, vel potius nullo modo vivitur.

Hartar. Tamas te hartar de estudiar.

Nunquam te explent studia tua: nunquam expletur, aut satiatur studiorum sitis nimius es in studiis; nimium te studiis dedisti: præter modum, supra modum, parum modicè, immoderatè, nimis immoderatè, sine modo, nimis intemperanter studia colis, tractas, exerces; nimia studiorum cupiditate flagras: te studiorum amor, & cò fuerit do: nimium tenet.

Hazar. Con vuestras hazanas se han esforçado los conardes.

Tua præclara facta, actiones egregiæ, tuæ res gestæ, ea quæ gessisti, quæ tuæ signa virtutis ostendisti, virtus respecta perspicuis testata signis, præclaris factis declarata excitavit eos, qui antea timore percussi iacebāt animosā metu ad spem revocavit, retulit, reduxit, trātulit.

Hazer. En todas vuestras cosas aue ya mirado la honra.

Nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis: omnia tua facta cum dignitate vehementer consentiunt: in omnibus rebus maximè dignitatem spectasti: in omnibus tuis factis proposita tibi dignitas fuit, omnia tua facta ad dignitatem retulisti: quæcunque egisti, ad dignitatem omnia spectaverunt: gloria tibi semper prima fuit, antiquissima fuit, maximi fuit ante omnia, summo loco, primum apud te locum obtinuit: scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit: tua sunt eius modi facta, ut eximiis ornanda præconiis, divinis decoranda laudibus, tollenda ad astra, ad cælum efferenda videantur: tuis omnibus factis æterna gloria, immortalitatisque præmia debentur.

Hazer. Esle tiempos fuerça q̄ haga mas caso del dinero.

His temporibus magni faciendæ, pendendæ, æstiman-
dæ diuitiæ sunt: commendat nobis rem familiarem
tempo

temporum ratio: ea ratio temporum est, vt plurimum diuitiis tribuendum videatur, vt diuitias non in postremis habere debeamus, non ultimo loco ponere, non in minimis ducere, constituere, locare.

Por lo que yo hago caso de ti, te lo encomiendo.

Pro eo, quanti te facio, quanti es apud me, quanta mea est erga te obseruantia, quantum tibi tribuo, tibi deferro, pro mea de te opinione, pro animo, voluntate, studio in te meo, peto à te, vt hominem suscipias, complectaris, foueas, inuis habeas.

Muchocaso hã hecho de ti, si troparecer los hõbres sabios.

Tua sententia magnum apud eos, qui rectè iudicant pondus habet: plurimi est apud intelligentes opinio tua, sensus tuus, iudicium tuum, id quod tu probas, id quod placere tibi sentiunt, quod tu esse optimū censes, quod testimonio tuo confirmatur: gravis est magni momenti est, minime levis est, magni ducitur, auctoritatis habet plurimum, non vulgarem obtinet locum apud sapientes opinio tua.

Estimo mas tu cõuerfatiõ, q̃ to das lãrriquez as del mudo.

Omnēs omnia diuitias cum nostris sermonibus non confero: pluris apud me sermones nostri, quā omnes diuitiæ sunt: sordent apud me prae nostris sermonibus omnes diuitiæ: fit modus sermonum copia nostrorū, thesauros omnes contemno, reicio.

Haemos de seguir la virtud, de modo que la salud no oluidemos.

Ita sequi virtutē debemus, vt valetudinē nō in postremis ponamus: valetudinis cum virtute ducenda ratio est: sic ad studiū debemus ineliberē, ne valetudo negligatur: plurimum virtutis aliquid tamē valetudini tribuatur: spectanda virginitas est, cum eo tamen, ne despiciatur valetudo, excubare virtutis in studio, præclarū est: in dormire tamen valetudini minimē debemus: excolatur animus virtutibus, non nihil tamen corpori seruiatur.

Muchocaso hazia M. Tullio de Platon.

Platonē

ELEGANCIAS DE

Platonem Cicero vehemēter auctorem ſequebatur: Platonitribuebat plurimum, ſummam fidem habebat, planē credebatur, vt oraculo credebatur: Platonem habebat eximium: ſingularis erat apud Ciceronem Platonis auctoritas: errare Cicero cum Platone malebat, quamcum aliis bene ſentire: plurimi apud Ciceronem erat Plaro: faciebat pluris neminem, plus apud eum pōderis habebat nemo.

Ninguna coſa he eſtimada tanto como el bien comun.

Nihil antiquius cōmuni ſalute, ac libertate iudicauit: omnium rerum mihi prima fuit publica ſalus, ac libertas: cōmuni ſalute, ac libertate nihil mihi fuit potius omnia ſumma ſpernatus prae cōmuni ſalute, ac libertate: pluris apud me, quam omnes res, vniuerſorum ſalus, ac libertas fuit: nulla de re tantum, quantum ſe cōmuni ſalute, ac libertate laborauit, ſalutē publicā, ac libertatē rebus omnibus antepoſuit, prae poſuit, prae tulit curae mihi fuit ſalus, ac libertas publica, ſic, vt nulla res aequē.

Vos ostendax en mucho.

Nimium tibi tribuis: nimium tibi arrogas, nimium tibi aſſumis: nimium te efferis, nimium tibi places, aſſentaris ipſe tibi, te amas, cum de te iudicas, non ratio nem, non veritatē conſulis, largiris ipſe tibi plus, quā veritas concedat, plus quam veritati.

Mucho gaſo haz en de Vos, en la patria.

Vales auctoritate apud tuos ciues, tui te ciues magni faciunt, magnus es, honoratus, glarius apud tuos ciues, multum tibi ciues tui deferunt, patria tua tantum tribuit, quantum forte nemini, atque adeo quantum prorsus nemini.

*bazer
plazer.*

Querria que alabaſſes mis libros, aun que no te agradan por me bazer plazer.

Meis libris velim, ſi minus ex animo potes, gratiae ſaltem cauſſa ſuffragere: meis libris, ſi minus iudicij, at gratiae ſaltem cauſſa faueas, quod obtinere à iudicio

cio

cio tuo fortasse non possum, impetré ab amore, ut mea scripta probes, commodés, tuerare: quod veritati nō potes, a mori tribues, ut mea scripta tuo testimonio subleues, tua commendatione exornes, honestes, in honorem adducas.

Desseo hazer os seruicio.

Cupio, volo non solum tua, verū etiā tuorū amicorū causa: studeo aliquid agere, quod tibi amicisq. tuis gratum sit, gratum ac iucundum accidat, placeat, satisfaciatur inire gratiam & apud te, & apud amicos tuos ex aliqua re velim: opto gratificari, rem gratam facere, aliquid efficere, aliquid præstare tua, tuorumq. amicorum causa, ex quo tu, & amici tui voluptatem, iucunditatem, lætitiā capiant, suauent, hauriant, colligant.

Nunca me haneys hecho merced.

Non valde de me meritus es, non magna iam me beneficia contulisti: graua non sunt, exigui momenti, parui ponderis ea, quæ mea causa fecistis beneficium vel à te nullum accepi, vel accepi minimum: exigua sunt, quæ apud me beneficia collocasti posuisti: non magnis à te sum affectus beneficiis: beneficia tibi debeo non ita magna: obligasti me, obstrinxisti mediocribus officiis.

Hazer buena obra.

Desseo hazer seruicio a Vos, y a cosas vuestras.

Volo, cupio non solum tua, verum etiam eorum, qui à te diliguntur, causa: cupio rem gratam facere, gratificari, seruire nō solum tibi, verum etiam amicis tuis, seruire voluntati, & cōmodo non solum tuo, verum etiam amicorum tuorum, istis gratiam officiis meis non à te modo, verum etiam ab amicis tuis: tuam, amicorumq. tuorum officiis meis gratiam quero: præstare aliquid, efficere, nauare, quod tibi, amicisq. tuis gratum sit, placeat, satisfaciatur, voluptatem, iucunditatem, lætitiā afferat, valde velim.

Hazer algũ seruicio.

Harapov Vos lo que pudiero.

Nihil non agam tua causa: nullum pro te laborem, nullum

ELEGANCIAS DE

nullum onus, aut officiū recusabo; subibo omnia tua
caussa: tuis in rebus toto pectore, cunctis viribus con-
tendam: neneruos omnes, vires tuas postulabunt, inten-
dam omnia mihi pro te suscepta, nec difficilia & iudi-
da erunt: mea tibi studia atque officia præsto erunt.

*Hazer-
se señor
de algu-
na cosa.*

No te detengas, si crees poder alcançar a quel reyno.
Sic tibi certū est, si habes exploratū, si pro certo existi-
mas posse te illius regni potiri, cunctandum non est,
differendū nō est, producenda res non est, proferenda,
proroganda, protrahenda, extrahenda, longiūs ducenda:
sine mora, sine cunctatione, sine vlllo temporis inter-
uallo aggredienda res est: tentāda, incipienda: faciēda
mora non est, interponenda: mora nulla est. omnis est
abiicienda mora: immorari cunctari, lentē agere, in-
dormire non oportet.

*Hazer
que sea
de su par-
te.*

Haré que Francisco sea de vuestro bando.
Dabo operam, vt Francisci animū ab omni alia co-
gitatione ad tuam dignitatem tuendam traducam, cō-
uertam, vt Franciscus omnia tua studia tuam ad digni-
tatem cōferat, tua in dignitate figat, loquet, statuat, po-
nat, tua dignitati dicet, dicata velit, assignet, dedat.
no se libenta do la patria.

Patriam seruauī, patriā ab exitio vindicaui, patriæ
incendium extinxi: salutem attuli, peperī. dedi patriæ:
opēra mea patria stat: cadentem patriam sustinui, la-
bentem confirmaui, labentem excepi, ego salus patriæ
fui: a me salutem accepit patria: patriam ab exitio,
perniciē, ab interitu, a peste eripui, liberaui, tutatus
sum: patriæ mala sanauī: patriæ salutem attuli, in eolu-
mitatem peperī, pestem abstuli: grauiter laboranti pa-
triæ opēra tuli.

*Hazé-
da.*

Vuestro padre ganola hacienda con buena conciencia.
Pater tuus opes, diuitias, rem, ea quæ tu possides,
quæ tibi reliquit: bonis artibus, honestis rationibus,
laudabiliter, honestē bonā quæsiuit, collegit: at tu ma-
gis artibus, improbis rationibus, inhonestē, turpiter,
per

PAVLO MANVCIO. 65

per nequitia, per luxu, ac libidine patrimoniū exhauris.
dissipas, consumis, perdis, malè perdis, disperdis.

Malamente fue herido en aquella batalla.

Herido.

In illa pugna, illo certamine grauius vulneratus est,
percussus, et graue vulnus accepit, tulit, plagam acce-
pit: graui vulnere est affectus

No creo escapara segun tuere la cuchillada mortal.

Futurum non spero, vt ex hoc vulnere conualescat:
eiusmodi vulnus est, vt sanari non possit, vt salus des-
peranda videatur, vt spes salutis nulla supersit, vt ne
dicinae non sit locus.

Huuo en ella muchos hyos.

Hijos.

Multos ex ea filios genuit, suscepit, tulit: complures
ex ea filii nati sunt: filios ei peperit multos: ita secunda
vixore vsus est, vt filiis auctus sit multis, vt filiorum mul-
titudine abundauerit.

Mucho alegran al padre los hijos bien criados.

Magnam voluptatem moribus filiorum pater sus-
cipit: magna voluptate patrem afficiunt bene morati
liberi: magnae voluptati sunt parenti qui moribus ex-
cellunt filii, capit ex honestis filiorum moribus volup-
tatem summam, ac letitiam pater.

Honradamente se ha regido en el cargo de Motacen.

Hizo

Magnificentissimo pertuctus est munere Aedilitatis, *bien se*
praeclare se tractauit in Aedilitatis munere, Aedilita- *oficio.*
tem summa cum laude gessit: nihil fecit non egregie, iu-
stitiae laude praestitit, specimen dedit minime dubium
virtutū suarū: Aedile se praebuit egregiū, praestitit ostē-
dit, summā ex Aedilitate laudē est consecutus, sibi com-
parauit sibi peperit, cepit, tulit, retulit.

Mucho me huelgo en la alqueria.

Holgar

Otium & quies rustica mirū in modū me delectat, *se.*
oblectat, recreat, reficit, afficit, capit, delectationem mi-
hi affert, voluptatē, iucunditatē, hilaritatē, gaudium,
latitiam: delectationi est delectatione me afficit, rus
animo meo iucundissimū est, rure, rusticoq, otio de-
lector

ELEGANCIAS DE

lector, mirè pascor, delectationem, voluptatem, iucunditatè ex rure capio, percipio, suscipio: otio illo, atque illa quiete, quam rustica parit habitatio, libentissimè fruor, si vlla re, otio capior, & quiete rustica: animus meus voluptate perfunditur, expletur ex otio rustico.

Honesto *Mas haemos de estimar la honra que el provecho.*

Honestum vtili præferendū, præponendū, anteponendū, debemus honestū spectare, colere, diligere, curare, sequi magis, quā vtile: pluris quā vtile æstimare, facere, pendere: putare, reputare, ducere: de honesto potius quam de vtili laborare, cogitare, curam gerere: propositū habere honestū, potius quā vtile, nostra cōsilia, studia, cōgitata, intendere, dirigere, antiquior, potior, prior nobis debet esse de honesto cura, quam de vtili vtile contēni præ honesto decet: in nostris consiliis & cogitationibus plus honesto, quā vtili debet esse loci: spectare honestū potius quā vtile, conferri, referri ad honestū potius, quā ad vtile, nostra cōsilia, nostra studia, nostra debet industria: maiorē decet honesti rationem habere, ducere, quam vtilitatis.

No eslabien oluidaros de vuestro padre viejo y pobre.

Deseri a te, detitui patrem, tot affectum in cōmodis, inopiæ, valetudinis, senectutis, minimè honestum est, haud æquū est, haud par est, minimè rationi consentaneum est, non decet, non conuenit, non oportet, ius nō est, fas non est, nefas est, iniquum est, flagitiū est, criminis est, turpe est, vt parentem deseras afflictum inopiā, morbo, senectute, in summis constitutum difficultatibus, inopiæ, valetudinis, senectutis, honestū non fert, nō patitur, ratio non cōcedit, non permittit, si patrem destitues, culam committes, flagitium facies, flagitiosè facies, iniquè, iniuste, inhonestè, turpiter, improbè, præter honestum, æquum, ius, contra honestum, æquum, ius, non vt honestum suades, non vt æquum est, ius est, par est, decet, conuenit.

Honra. *Aun que os conozco inconstante en la amistad, procuraros*

cūrari os ho tota honra

Etsi te in tuenda, colenda, conseruanda amicitia satis leuem, parum constantem, minus firmum cognouit à me tamen omnia in te ornamenta proficiscentur: nullum in te ornando, honestando, colendo, locum, aut tempus, nullum studij genus, officij obseruantia prætermittam, fauebo tuæ dignitati, exultationi, honori, nullo non loco, nullo non tempore, quibuscunque rebus poterō cōferā, referā, intendā ad bonorē, ad dignitatem tuam omnia mea studia, officia, omnem industriam, curam, operam, diligentiam, figam, & locabo in tua dignitate omnia mea studia, augebitur, amplificabitur meo studio tuā dignitas accessio tibi dignitatis meo studio fiet: tuæ dignitatis accessiones meo studio consequeris: meum studium honori tuo nullo loco deerit.

Duelome que os men escaben la honra.

Violari tuam dignitatem, imminui offendi, lædi, oppugnari, damno affici, iniurias pati, detrahi de tua dignitate, minui, adimi, auferri, iacturam fieri tuæ dignitatis, iniquè patior.

Hue'gome del acrecētamiēto de tu hazienda y honra.

Lator, quod magnas tibi tum fortunæ, tum dignitatis accessiones video esse factas: multum & ad fortunā, & dignitatem accessisse, additum esse, tum fortunam, tum dignitatem tuam magnopere creuisse, auctam esse, ampliatam esse, valde te fortuna simul, & dignitate auctum, quod tua sit dignitas illustrior, domesticæ res amplior, quod & honore magis, quam antea florere, & abundare, cœperis fortunæ bonis, vehementer gaudeo.

Ten en todās tus cosas la honra delante.

Hoc primum te moneo, ut reteras omnia ad dignitatem, propositum docui tibi sit ante omnia, dignitati seruias, dignitatem spectes, tequaris, dignitatis rationem habeas, nihil cogites à dignitate teiunctum, nihil

ELEGANCIAS DE

alienum à dignitate, nihil non cum dignitate coniunctum, tuorum consiliorum, tuarum actionum finis, terminus, scopus honor sit; prima tibi sit, præcipua, antiquissima dignitatis cura,

Si prosigues como has comenzado, seras muy principal en esta ciudad.

Si, ut instituisti, perges: si cursum institutum teneberis, si tuam consuetudinem seruabis, omnia, quæ sunt in Rep. amplissima, consequeris: præmium feres tuæ v. virtutis eximios honores: ad summos honores, ad ea quæ summa sunt in Rep. tua te virtus efferet, extollet, merces tuorum meritorum erit amplissima dignitas: aditum tibi ad maximos honores aperies, patefacies, viam strues, munies, honorem in Rep. nullum frustra petes: multi etiam non petenti v. lro deferentur.

La pobreza muchas vezes nos impide alcançar honra.

Sæpe facit inopia, ut honores consequi non liceat: prohibet, arcet, summovet ab honoribus rei familiaris inopia: impedimento egestas est, quo minus ad ea quæ sunt in ciuitate amplissima, liceat peruenire: aditum ad honores intercludit rei domesticæ difficultas, cunctibus ad honores magnas difficultates obicit, magna impedimenta opponit, viam obstruit, obuiam it, occurrat inopia: imparatis à re domestica honores obtinere non facile est, multi negotij. magni operis est: honorum cursum impedit, interrumpit egestas, egentibus non facilis est, non expeditus honorum cursus, non pateat honores inopiæ.

Honrar

Bien me agrada Vuestra planta; que honrays mas al virtuoso que no al rico.

Placet mihi, probatur, valde satisfacit, mos, & consuetudo tua autem tuæ consuetudini tribuo, quod eos colas, vereari, obserues, in honore habeas, honore, obseruantia, studio prosequaris, honore afficias, obseruantia colas, quod iis honorem habeas, tribuas, præstes, obseruantiam, ac studium præstes, qui virtute

te potius, quàm diuitiis abundant, excellunt, eminent, valent, qui sunt a virtute paratiores, quàm diuitiis, quos virtus potius, quàm diuitiæ commendant, qui virtutē magis, quam fortunas, possident.

De todas las Virtudes, la mas propia del hombre es humana.

Ex omnibus virtutibus nulla est, quæ magis hominem deceat magis in hominem conueniat. in hominē cadat, ad hominem pertineat. homini magis propria sit, quam humanitas, cum omnes virtutes, tum vna in primis homini colenda humanitas est: ita decent hominem virtutes omnes, ut primum sibi locum vindicet humanitas. ita colendæ sunt, ita experendæ, ita diligendæ virtutes omnes, ut præter ceteras amplectenda sit humanitas: inter omnes virtutes vna maxime lucet, eminēt, excellit humanitas: quærendæ sunt omnes virtutes, sed humanitati dāda in primis opera est: vti Hesperus inter sidera, sic inter virtutes præcipue fulget humanitas.

No he visto hombre mas humano.

Qui plus habeat, possideat, ostendat humanitatis, in quo plus humanitatis, plus officij sit, qui sit illi humanitate præferendus, magis ad humanitatem propendeat, humanitatis laude sit illo præstantior, humanitate magis abundet, illum humanitate vincat ei præstet, antecellat humanitate. adhuc cognoui neminem, nemo est illo maioris officij, humaniore sensu, officij studiosior, in officio diligentior.

Es buen humanista.

*humani
sta.*

Est omni liberali doctrina politissimus.

De de moço os bñtendo sempre por grã humanista.

Apueritia floruiti artibus iis, quæ ab humanitate non accepērunt.

De spues de haueu peleado en rato buzeron.

Huylr.

Cum aliquam diu pugnaissent, in fugam se coniecerunt, dederunt, fugam arripuerunt, fuga salutem petierunt,

ELEGANCIAS DE

tiuerunt, fugati sunt, fuga sibi consulere coeperunt, fuga distracti sunt, dissipati, dispersi, diffecti: distraxit eos fuga, dissipauit, diffecit.

I

(ignorante)

Ignorantia.

NO es de marauillar quantas vezes yerre al q̃es tan Non est cur miremur, si sæpè iabatur is, qui est omnium imperitissimus, maximè rudis, maximè insciēs, cuius ignorantia, inscitia, inscientia summa est, qui omnes insciētia vincit, cū neminē inscitia parem inuenias, quem omnia latent, qui nihil prorsus nouit, omnium rerum ignarus est, nihil omnino uidet, nullam partē doctrinæ tener.

Gran afrenta es ser ignorāte en las cosas de su patria.

Turpe in primis est, dedecus est, in patria peregrinari, hospitem esse in his rebus, quæ ad patriam pertinent, ea non tenere, scientia non comprehendere, vsu doctrinæ non percipere, in quibus patriæ res agitur.

Impedimento.

Las cōtinuas visitas de mis amigos, es una mēte a mis estudios.

Crebræ amicorū salutationes ita me interpellant, ut prorsus me à studiis abducant, auocēt, abstrahant, abripiāt, auellant, amoueant: omnem prorsus colendi studia facultatē, potestātē, frequentes amicorū salutationes eripiūt, nullā mihi studiorū copiā nullā ad colenda studia, ad tractandas litteras vacuā horā, nullū liberū tēpus relinquunt: fit salutationibus amicorū aduentiū ad me, ventitantiū ad me, amicorū officio, ut spatij nihil habeam, ad animū litteris excolēdū, ad ingeniū studiis exercendum ita sum occupatus, occupationis habeo tantū in excipiendis iis, qui ad me officij causa addeunt, ut otij nihil superfit ad studia litterarum tractanda, ut nullam diei partē arbitrari meo in studiis ponere, ad studia conferre liceat.

Imperio

En poca tiempo fueron puestas muchas Regiones so el Imperio Romano.

Multis regionibus breui auctum est Imperium Romanum: multarum regionū accessio facta est ad Imperium

rum Romanū, multæ regiones in ditionē venerunt, ad Imperium accesserunt, additæ sunt, adiunctæ sunt, iura, potestatemq. subierunt populi Romani.

Esto es lo que me importa.

Importa

ea.

Hoc rem cōtinet, in hoc tota res agitur, in hoc sunt omnia, sita sunt, posita, collocata, cōstituta: ex hoc omnia pendent, hoc interest in omnes partes, valet in omnes partes: hoc tāti est: eius ponderis est, eiusmodi est: ut omnia comprehendat, complectatur.

Esto poco se importa.

Hoc tua nullā in partē interest, mea multū, tua minī mū refert, mea plurimū: ad te nihil, ad me valde pertinet: tua res in hoc nulla, mea verō agitur maxima: hoc ad tuas res momenti nihil habet, vim nullā habet, minimū valet, ad meas valet in os partes, multū interest, refert, multū habet pōderis. (yno al dinero.)

Obligados son los padres a incitar los hijos a la virtud. Incitar.

Decet parentes illos, qui liberis consultum volunt, non eos ad rem cohortari, quam facilē, nullo negotio, arbitrato suo tum largitur, tum eripit fortuna, verū ad eas artes, quarū vitæ par vsus & possessio est: auctores filiis parentes esse debent, ut ad eas artes, ad earum artium studia sese conferant, applicent, animum adiungant, toto animo incumbant, quarum possessio vitam æquat, impellere filios parentes debent incitare, consilio, rationibus, argumētis adducere ad eas artes, laudare illis eas artes, ostendere illis earum artium fructū, hortatores esse ad eas artes, id consilij dare filiis parentes debent, ita cōsulores, eam suscipere cohortationem, ea cohortatione uti. ea demum est egregia parentum cohortatio apud filios, qua impelluntur ad eas disciplinas, quarum est æterna possessio, quarum nobis fructū vna mors adimit, quarum vltus interitu vitæ, nulla re præterea terminatur.

No me monays vos a esso.

Noli me hortari, cohortari, ut hoc faciam: ne mihi

ELEGANCIAS DE

sis auctor huius consilij ; ne me rationibus ad hoc impellas, ne cohortatione. vtaris, ne cohortationem suscipias, suadere noli,

Inclinādo. *En muchas señales conozco q̃ soys inclinado a auaricia.*

Multis argumentis inclinatum, ac natura propensum te ad turpissimum, & execrabile vitium, auaritię iudicaui: quod multis argumentis potuerim conicere, colligere, intelligere, suspicari, ad auaritię vitium natura propendes, tua te ad auaritiā natura ducit, auaritię studiosus es hortante natura, naturali quodam studio ad auaritiā inclinas, sequeris auaritiā qua tam naturę inductione.

Inconsiderado. *Siempre os he conocido arrebatado y modorro.*

Nimium te inconsideratum, imprudentem, expertem consilij, expertem rationis, inopē rationis, auersum à ratione, propensum ad temeritatem, immoderati sensus, præcipitis consilij, nimis in agendo præcipitem, insipientem, stultum cognoui.

Inconstāco *No pienso me tornan por inconstante en no favorecer como solia a esse ingrato.*

Non puto mihi famam inconstantie pertimescendam, si tam ingratum hominem, tam immemorem officij, prosequi nouis officiis noluit: non vereor, ne quis mihi tribuat, adscribat, assignet inconstantie, leuitatis ne quis in me inconstantis animi, leuis, mobilis, instabilis parum firmi vitium, conferat: ne quis mihi notam inurat inconstantie: ne inconstantie nomine male audiam, suspectus sim, ne accuset, quasi parum in officio constans, quasi discesserim à pristina consuetudine, quasi desciuerim à me ipso.

No ostenta yo por tan inconstante.

Increyble. *Non ita flexiblem esse tuā voluntatem putaram.*

Esto no es de creer.

Credibile non est, credendū non est, non est vt credatur, vt credi possit, vt habenda fides videatur, fidem superat: verisimile non est, mendacium videtur, mendacij

dacij speciem habet mendacium præfert, veritatis imaginem nullam ostendit. eiusmodi est, vt fide careat, vt adiungi fides nulla possit.

No merece; que os alaben.

Indigne

Laude indignus es, indignum te laude præbuiſti, ostendisti, non eum te præbuiſti, præstitisti, ostendisti, probaſti, non ita egisti, non ita te geſiſti, non ea geſiſti, non ea tuæ vitæ ratio fuit, non eiusmodi sunt merita tua, non te talem vidimus, cognouimus, ſenſimus, experti ſumus: non is nobis cognitus es, vt afficiendus, ornandus, decorandus, honestandus, efferendus, extollendus laude sis: vt laus in te conueniat, tibi debeat: vt laudis præmium, quasi tibi debitum, possis exigere, vt laus, quasi tuis meritis debita merces, persoluenda tibi esse, tribuenda, deferenda videatur.

Muchos mancebos mueren del demaſiado comer.

Indigneſion.

Multos adoleſcentes conficit, perdit, immatura morte afficit cruditas, crapula immoderata, dissoluta vicius ratio: largiore, vberiore, pleniore cibo vtuntur adoleſcentes, quam vt ſtomachus digerere, ferre, ſuſtinere poſſit, quam vt vitæ conducatur: id quod ſæpe illis immaturæ mortis cauſam attulit.

(mana.

Per no ſer diſcreto perdio buen aſiento en la Corte Ro

Indiſcreto.

Locum in Aula Romana non habuit: locus ei non fuit, ob immodestiam, impudentiam, temeritatem, imprudentiam, immoderatam vitæ rationem, quia parum modestus est, non ſatis modeste viuit, modestia, modo, ratione non vtitur, modestiam ignorat, longè abest à modestia, parum modestis est moribus, de modestia nihil laborat, nullum ei modestiæ ſtudium est, expertus est modestiæ, iudicii, prudentiæ, rationis, temerè agit, imprudenter, ſine ratione, ſine modo, immoderate, immodicè, inconfiderate, inconfulte, prorsus ſine conſilio: quia inconfultus est, temerarius, imprudens, inconfideratus, immoderatus, immodestus, immodicus.

Tu procuraſ de aſi famarme.

infamia

ELEGANCIAS DE

Vehementer stude de mea fama detrahere, meam famam lædere, detrimento afficere, obesse, nocere, officere meę famę: id agis, vt ęternas mihi infamię notas iñuras, vt tñs meum nomen sordibus, iis maculis afficias, inquinēs inspergas, inficias, eas meo nomini sordes, eas maculas iniicias, inspergas, inferas, quas nulla dies, nulla deinde res possit eluere, abstergere, auferre, delere: tuum consilium, tuum studium illud est, vt me in omne tempus, in omnes annos, in omnes meę vitę dies, in perpetuum infamę reddas, infamia uotes, infamię tradas: id spectas, vt perpetuó malę audiam, perpetuam in infamiam adducar, æterna in infamia flagrem, laborem, vt in sordibus infamię, nunquam non iaceam: vt perpetua verfer in infamia.

*Infer-
mar.*

Sino me crees preguntalo a su padre.

Si mihi fidem non habes, fidem apud te si non habet oratio mea, roga patrem tuum: interroga patrem, quare de patre tuo, sciscitare, cognosce patris tui sententiam, voluntatem, iudicium exquire.

Ingenio.

Pocos ay que tengan tan buen ingenio como Gox.

De ingenij tui præstantia, vi, acie ita statuo, neminē anteferri tibi posse, paucos admodum conferri, excellere te ingenio, præstare, florere, valere, vel omnibus antecellere, vel certē nemini cōcedere iudico, acutissimū esse acie ingenij tui, egregio te à natura instructū ingenio, minimē te esse hebetē ad id quod melius sit intelligendum: eam esse ingenij tui aciem, nihil vt nō videas, assequaris, facillē intelligas, scientia comprehendas: ingenij tantū in te duco esse, quantū esse potest plurimū, ingeniū in te sentio esse summū, eximium, egregiū, non mediocre, non vulgare, non quale multis contingit: exquisitū, rarum, singulare præstans, acutissimum, planē diuinum, acutum ingenium etiā arte limas.

Ingrato

Atuy ingrato me soys.

Mei in te meritis non respondes: gratiam nō refers: non soluis id quod debes: officia mea, tuis officiis nō

con-

non pensas gratiam non reddis: officium non prestas: ingratus an-
gis: ingratus te praebeas officium in te requiro, desidero: gra-
tia à te non fero: mea erga te non imitaris officia:

Mucho aborrezco la ingratitud.

*Ingrati-
tud.*

Vitum ingrati animi pessimè odium nullum odiosius
mihi cernè est ingrati animi culpa: cum omnia crimi-
na, tum vero praetermissa et neglecta officij culpa
gravis admodum, molesta: odiosum mihi est nullum ho-
minum genus acerbius odi, peius odi, acerbiorè infe-
ctor odij, quam qui gratiam benemeritis non referunt,
quidè gratia referenda minimè cogitat, parùm laborant.

Es el mal humano del mundo.

Inhumana

Omnis officij, & humanitatis expertus est, longè abest
ab officio: & humanitate, prorsus humanitatem, igno-
rat, ab humanitate remotissimus est. nihil possidet hu-
manitatis, minimè omnium humanitatem colit, dili-
git, exercet.

*Con razonos que xarriades de mí, o me tratariades de este
modo, si yo os huviere injuriado.*

Injuria

Iure hæc in me referres, si quæ apud ipse tecum iniquus
egissem, iniquior tibi fuisset, iniurius tibi fuisset, in-
iuriosus in te fuisset, iniuriosus te tractassem, iniuriâ
tibi fecissem, intulissem, imposuissem, obtulissem, si te
aliqua affecissem iniuria, si a me accepissem iniuriâ, tu-
lisses iniuriam, si me iniuriâ, iniuriosum, iniquum, gra-
uem, tuis commodis aduersum insensum tibi fecissem,
cognouissem, expertus esses: si qua re te laxissem, tuus
esset animus à me offensus, molestiâ aliquâ accepisset:
si de tuis commodis aliquando detraxissem, tuis commodis
obuissem, obstitissem, aduersatus essem, si qua esses à
me laesisset iniuriâ, prouocatus, commotus.

Vos me lo pagareys.

Facile idem reponam: is sum, qui referre iniuriam
facile possim, par pari referre, æque te tractare: ferre à
me quod intuli si impune tibi non erit, quod iniuria
me affeceris, impunita non erit iniuria tua, iniuria non
erit

ELEGANCIAS DE

erit, inulta non relinquetur: vleifcar iniurias tuas: me-
morem iniuriæ me fenties, experieris:

Agrauo me haueys becho.

Inique mecum egilti, iniuriofe me tractafti, iniuriam
mihi intulifti, iniuria me affecifti, iniuriam abs te tuli,
paffus fum, læfus à te fum immerito meo, nullo meo
merito, nulla culpa, absque culpa, nihil tale meritis:
læfti me immerentem, innocentem, nullius affinem
culpæ. omnis expertem culpæ, ab omni vacuum culpa.

Innocēte

Notengo yo culpa.

In me conferenda cauffa non eft, culpa vaco, culpam
ego non fuiticeo, expert culpæ fum, affinis culpæ non
fum, purus à culpa fum, culpam ignoro, longiffimè ab
fum à culpa, longè remotus à culpa fum, tam abfum à
culpa, quam qui maximè, culpæ mihi nō fum confcius,
extra culpam fum, in culpa non fum.

Interesse

En effeo: Ga la honra.

Tuus honor agitur, honor tuus in difcrimen adduci
tur, de honore periclitaris.

*Interesf
fado.*

No entendeys fino en hazer dinero.

In re familiari augenda totus es: præter diuitias ni-
hil fpectas, tuum omne ftudium in quærendis opibus
confumis, locas, conftituifti: totus in diuitias incumbis,
id vnum agis, eò tantum fpectas eò tuum ftudium di-
rigis, confers, tuum confilium illud eft, tua planè fingu-
laris cogitatio, vt diuitias tibi pares, compares, colli-
gas, congeras, vt opes quæras, habeas, poffideas: vt opi-
bus abundes, affluas, vt diuitiæ tibi redundent, tibi ad
fint maxime, tuam in domum frequentes confluant, vt
diues fis. copiofus, locuples, plenus, bene nummatus,
multarum poffeffionum præfidio munitus, inftitutus,
paratus, minimè inops à re familiari, à re domeftica,
à diuitiis, ab opibus, à copiis, à fortunis: vt abundes, vt
cumulate poffideas, vt vberrima fint omnia, vt om-
nium rerum vbertate floreas, vt fortunæ tibi fint am-
pliffimæ.

Por

*Porque la honra se me conserue, no se me danada Per
der la hazienda.*

Sit modo dignitas incolumis, adimi de fortuna, de-
trahi de fortuna, fortunam comminui, fortunarum ia-
cturam fieri: fortunæ detrimenta non recuso: contēno,
nihil ducos in minimis pono.

Estos nace de la Virtud sino del dinero.

Copiarum hoc potius est, quàm virtutis: non hoc in
virtute, sed in opibus situm est: facit hoc non virtus, ve-
rum copia diuitiarum: diuitiarum, non virtutis, hoc est:
pertinet hoc ad copias, non ad virtutem: non hoc vir-
tus, verum diuitiæ præstant: pendet hoc à diuitiis, non
à virtute.

Vuestra hazienda es a con mal.

Fortunæ tuæ dissipantur, res familiaris tua disperdi-
tur disscitur, immiuitur, perditur, damnis afficitur, ac-
cipit iniuriam, distrahitur, detrahitur de tuis fortunis:
iniuriosè tractantur fortunæ tuæ, damna inferuntur
fortunis tuis, inuaduntur fortunæ tuæ, irruitur, impe-
tus sunt in fortunas tuas.

El astuto no mira sino al propecho.

Astuti id hominis est, ad suam, vtilitatem omnia re-
ferre, vtilitatem sequi, spectare, rebus cunctis apte fer-
re, rerum omnium habere antiquissimam, primam du-
cere, in primis ponere:

Este ha sido mi desigño.

Consilium meum hoc fuit, hoc spectavi, hoc volui,
hoc secutus sum, id egi, eò mentem intendi.

Muere de inuidia.

Disrumpitur inuidia.

Los inuidiosos fatigauan mucho a Ciceron.

Valde Ciceronem exercebat inuidia, Ciceroni mul-
tum erat cum inuidiis negotij.

Este invierno es muy pesado.

Teterrima, ac foedissima hiems est, hieme vtimur in-
iucunda, ac tristis hiemem habemus per odiosam: ni-
hil

*Intento
Princi-
pal.*

Inuidia

*Inuier-
no.*

ELEGANCIAS DE

Nihil hac hinc feci. Nihil. Nihil horribilius.

Iuramentum.

Tos hago juramento que asi passa.

Iuratus tibi affirmo, iuriluram: tibi polliceor, atque confirmo eiusmodi re esse, ita se rem habere, eiusmodi rei statum esse, in hoc statu re esse: ita mihi Deus benefaciat, faueat, adsit: ita me respiciat Deus, seruet, tueatur, non destituat, non deserat: ita mihi a Deo prospera contingant omnia: ita mihi optata contingant: ita quae opto, feliciter edentiant: ita mihi bene sit, meis rebus feliciter eueniat, ad voluntatem cuncta fluant: ita viuam, diu feliciterque viuam, diuturna luceis, v. supra fruamur: ita mihi tu diuturnus vitae cursus tu facilis etiam, tranquillusque sit: ita meis optatis fortuna respondeat: ita finis saluus, incolumis, felix, beatus, in aliorum expertus, ignarus aduersae fortunae: ita nihil aduersi videam in vita: ita nunquam aduersam, perpetuo secundam fortunam experiar, ita fortuna v. t. perpetuo bona ita moriar, ne viuam, ne finis saluus dispaream, perdat me Deus, male mihi Deus faciat, Deum sentiam iratum: male mihi sit, nihil ex animi sententia succedat, excludat omni commodo: aduersa mihi sint omnia, cadat infelicitate, quicquid ago, insensum omnia, iniqua, aduersa experiar.

Iustitia

La iusticia comprehende en si todas las virtudes.

Omnes insunt in vna iustitia virtutes, iustitia continentur, comprehenduntur: continet iustitia, comprehenditur, complectitur omnes virtutes, omnes ad vnam iustitiam virtutes referuntur, ab vna iustitia pendunt: in vna iustitia includuntur, qui iustitiam tenet, non est ut virtute vlla praeterea desideret, requirat, expectat: nulla virtute iustus caret, nulla virtus abest a iusto, coniunctae sunt, colligatae, connexae cum iustitia: virtutes omnes in gubernanda Republica, nose ha de tener cuenta sino con la iusticia

In administranda, gubernanda, regenda, capeffenda, tractanda, curanda, gerenda Repu. in administratione Resp. in omni publico munere id solu spectare debemus,

mus, quid iustitia postulet, ratio præcipiat, conscientia proponat, quid sit iustitiæ, quid rationi cōsentaneum, quid cū iustitia, cū ratione cōgruat, cōueniat, consentiat: habēda iustitiæ somma ratio est: vna spectāda iustitia: nihil præterea, de vna iustitia laborandū, sequi ducē iustitiā debemus, agere cum iustitia, iustē, rectē, honestē, honestū tuendū est solum: nostra consilia, nostras actiones ad vnā iustitiā referri decet, propositam habere, iustitiā, iustitiæ seruire, ad iustitiā incubere, iustitiā exercere debemus, non est in administranda Rep. ne latū quidem vnguē, ne minimū quidem, ne tantillum quidem à iustitia discedendum, recedendum.

O peccos administran iusticia.

Pauci sunt hac ætate, histēporibus, quibus iustitia curæ sit, cordi sit, qui iustitiā colant, exerceant, curent, tueantur, qui de iustitia laborent, apud quos iustitia locū habeat, iustitiæ locus sit, qui se iustos præbeant.

Determino en todas maneras mostrar mi iusticia.

*Iustitiæ
car. se.*

Omnino constitui, decreui, deliberaui meum factū purgare, probare, rationibus tueri: id mihi propositū, planeq. certum est, vt rationē reddam consilij mei, agere, probare, tueri, defendere, sustinere mea causam prorsus volo: argumentis minime dubiis ostēdere, rationibus persuadere, non me casu, me temere, non inani quadā voluntate, repentino mentis impetu, nulla satis firma, certaue causā cōmotum, adductū, impulsū: quod teci, ostendam iure factū, consilio factum, optimis de causis, ratione suadente, ratione duce, certo iudicio, recte, & considerate, ita factū, vt reprehendi non possim, vt mihi temeritatē, imprudentiam, inopiā consilij nemo possit obicere, nemo possit in controuersiam, in dubium vocare, merito damnare, vituperare, accusare, exagitare, vitio dare.

No me marauillo, que siendo tan moço, no ee haye de ver los engaños de mundo.

*Inueni-
iud.*

Si quid insidiarum in vita sit, minus dispicis, intelligis

ELEGANCIAS DE

figi, vides: minimè mitior, cum adhuc intra iuuentutis annos tua verſetur etas: cum ex iuuentute non dum exceſſeris, cum in ea ſis ætate, quæ valet viribus, à prudentia infirma eſt, viribus floret, à prudentiæ maturitate procul abeſt, longè diſtat à prudentia, in qua prudentia locum non habet, cum adhuc etatis tuæ tanquam in vere ſis: cum aetas iuuentutis, in qua tu es, inopia fere iudicij labore: expers iudicij, prudentiæ, grauitatisq. ſit: vſu rerum: & experientia, vnde oritur prudentia, proruſus vacet, vacua ſit, careat.

Inzgar *Nome parece q̃a y mejor coſa q̃ me oſſe preciar las injurias*

Nihil iudico, iuoco, cenſeo ſtatuo laudabilius, quam iniuriarum ratione non habere, non ducere: quo modo quidem ego exiſtimo, vt ego quidem arbitror, opinor, putq. autumo, ſentio, vt opinio mea eſt, vt mea fert opinio quantum quidem aſſequi iudicio poſſum, vt mihi tuadet ratio, oſtendit ratio, niſi iudicio fallor, iudicij ſum expers, rudis planè ſum, nihil eſt præſtantius, laudabilius, ad laudem illuſtrius, quam iniurias comminere, nihili facere, obliuiſci, ex memoria delere, minime perſequi, vlcifci nolle, vltione nõ perſequi, referè de iniuria curã nõ ſuſcipere, de iniuria perſequenda, vlcifcèda, referèda, de iniuriarum vltione minimum laborare, nihil omnino cogitare, vltione iniuriarũ nõ ſuſcipere, nõ curare, in cõſiderendis iniuriis, obliuiſcèdis, ex animo euellèdis ex memoria delèdis, obliuione voluntaria cõterendis eximia ſita laus eſt, ea laus eſt, qua nulla præſtantior, neque excellentior.

Iuzio. *Aun no ſeigo declarado ſi el buen iuzio ſiene de la naturaleza, o de la doctrina.*

Nondũ planè conſtitui, nondũ ſatis habeo conſtitutum, deliberatum, exploratum, explicatum, certum, naturæ ne munere, an diſciplinæ beneficio iudicium conuolgan, iudicij præſtantia, excellentia, ius ſubtilitas, vñ à natura, an ab arte, ac diſciplina proſciſcatur, contingat, manet, naturæ ne priuilegio concedatur: an ſit ab arte,

arte, ac disciplina petendum, vtrum is, qui doctè iudicat, qui optimè iudicio vtitur, qui iudicio valet, præstat, excellit, facultatem habet optimè iudicandi, iudicio abundat, naturæ debeat, an arti, bonum illud acceperit à natura, an, hauserit à studio, ab arte, à disciplina, naturale ne bonum sit iudicium, an, potius in studio, arte disciplina, doctrina, ratione situm, eiusmodi, quod doctrina tradatur, à preceptis ducatur, discatur à magistris.

Soy docto en lenguas.

Præclare tenes & quæ à Græcis, & quæ à nostris præditi sunt, unus optimè nostris non, nostra solum, sed etiam Græciæ monumenta omnia.

*lenguas
Griegas
& Latinas.
Lexos.*

Muy lexos estamos el uno del otro.

Magno locorum intervallo disiuncti sumus.

Estoy tan lexos que muy tarde llegã a mi las nuevas.

In iis locis sum, quò propter longinquitatem tardissimè omnia perferuntur.

Muy ceplido haueys sido con todos en vuestro cargo.

Latè patuit in prouincia liberalitas tua, tua excoluit humanitas nemo est, à te non liberalissimè, tractatus, liberalitatè in te nemò, desiderauit, proluxa fuit in primis, ac benefica natura tua, sic vt nihil magis fructus liberalitatis tuæ vberissimi fuerunt, ad multos peruenerunt, pertinuerunt.

Liberalidad & cumplimiento.

Si yo estuuiese en libertad.

Si mihi integra omnia, ac libera essent, si essent omnia solutissima.

Libertad.

Mucho Salen mis libros.

Multorum numorum est mea bibliotheca.

Libreria.

El ha tenido cargo de mi libreria.

Tractauit meam bibliothecam.

Cirius.

El q̃ viene de buen toraje, e s obligado a mas seguir la.

Quicumque honesto, clato, non obscuro, summo loco, claris parentibus natus est, ex nobili familia, clara stirpe, ei maior, quam ceteris, colendi, præclara studia;

Linage alto.

ELEGANCIAS DE

exercitiorūq; laudandā virtutū necessitas imponitur habet hoc nobilitas, & familiæ splendor, vt vito laudabiliter & cum virtute traducēdas nō modo occasiōē verum etiā causā, neq; causā tantū, sed etiā necessitatē afferat: quē familiæ nobilitas commendat, oportet eum ad liberaliū doctrinarum studia, ad studiū summe laudis, ad omnem laudē, ad decetū studiū incūbere, ad excellentē omnium rerum cupiditatē eō vehementius excitari, siquis ex egregia, nobili, praeclara illustri domo natus est, maiore, quā quib; alijs virgetur virtutis expetendae necessitate.

*Imago
buxa.*

A multis debuxo linage la Strad les a hecho nobles.

Multos in sine conditionis, humillimae sortis, obscuro loci, nulla parentum, aut maiorum laude commendatos, obscuro loco natos, ignobili, obscuro, infimo genere editos extulit, atque illustrauit virtus: multos generis humilitate iacentes, virtus erexit: nobilitantur, atque honestantur virtute multi, genere ignobiles, & oblecti.

Despicio.

No me timeys esto a li senja.

Noli putare, me hoc auribus tuis dare, gratiā tuam aucupari, hoc me loqui ad voluptatem, me velle tuis auribus interuire, me esse blandum, assentatione vti assentationis artificio tuam gratiā querere: ne me putet sic loqui ad colligendam beneuolentiam tuam, vt gratiam à te ineam, te mihi vt adiungam, tuam in amicitiam vt me penitus inueniam.

Llorar.

De continuo efflo llando.

Confiteor lacrymis, sic, veferre non possum, luctus consumor, contabescō, modum lugendi nullum facio, finem lacrymarum non impono, lacrymis me dedō, lacrymis nunquam abstinco; vberimus meus est flatus, assidue lacrymarum perennes lacrymarum; nunquam non lugeo, luctum nunquam intermitto, nō dimitto, non omittō totus in luctu versor, assidue fluunt ex oculis lacrymae, comes mihi vbiq; luctus est, perdunt me lacry-

lacrymar, numquam lacrymis non hument oculi,

• *Tu lloras los males de la Republica.*

Lugus Reip. temporarius fletus exoritur, existit, manat, proficiscitur à publicis malis lugendi causam affert aduersa fortuna Reip. calamitas publica, publica mala te ad fletum impellunt, miseria tibi publica lacrymas excutunt, exprimunt.

Es un loco.

Leah

Desipiens est delirus, stultus, demens, insanus, à ratione aversus, omni ratione carens: delirat, desipit, insanit, discessit à mente, desertus est à mente, destitutus à mente: mens eum & ratio reliquit: mentem amisit: mente captus est. mentis lumine obcecatus, mentis compos non est, mentis inops, mentis expers, inops à mente.

M

(Index)

Slen mi nñex, tuuiera bué ayos, no hiziera tãtas nece,
Si duceim, auctorem, moderatorem aliquam puer
habuissen, non ita grauiterrassem.

Macfarlane

Essas cousumalicia me han becho mudar depropesito

Mata
bra.

Inhorum malevolentissimis obrectationibus, improbis artibus, iniqua, infensaque in primis opera de veteri illa mea sententia depulsus sum, detrusus, deiectus, veterem sententiam deposui, abicere sum coactus, discedere à sententia, desciscere, animum abducere, institutæ cursum opinionis aliò convertere, flectere, mutare.

No es quien se contente de su estado.

Mal con-
tento.

Nemini sua cōditio satisfacit: nemo est, qui acquiescat fortunæ suæ.

Vuestro Valor deshara la Violencia de los malos fines.

malicia

Impetum proditorum hominum tua virtus tranget,
reprimet, ac retundet.

Portu respectu Vinc este malicioso.

Tuo beneficio viuit hæc peltis.

Con tu prudencia vencerás los maliciosos.

Horum improbitatem infringenti confiliatus

k 2

For sale

ELEGANCIAS DE

Forjado me han Gallacos a mudar mi proposito.

istorum maleuolentissimis obtreccionibus, de veterem illam meam sententiam depulsus sum, deiectus, detrusus.

mal quis
sto.

Quien ay que no tenga malas voluntades.

Qui, enim quem nulla unquam attingat inuidia.

Entiendo que no tengas mala voluntad a nadie.

Novi animum tuum nulla in quemquam maleuolentia suffusum.

Todos le quieren mal.

In summam omnium inuidiam incidit, adductus est inuidiosus apud omnes factus est, sic egit, ita se gessit, ut odio illum omnes habeant, ut in illum nemo si optime animatus nemo illi faueat, nemo de illo bene existimet, nulla fructur hominum beneuolentia, premitur odio multorum, inuidia est, odio est, in inuidia est, in odio est.

Ha me venido a ran de gracia.

Præcipua, propria, mihi me communis mea fortuna est, singulari sum fate, longè alia conditione ego sum ac ceteri, ea est mea conditio, mea fortuna, ut conferri merum nemo possit, ut exemplum simile plane nullum extet.

Maia-
na.

A la rifa del alua.

Præcipua lucis, summo mane, diluculo, primo mane, cum luce ceter, albescente die, in ortu solis, oriëte Sole.

mader.

A la rifa me cosas que no pueden ni me es honra hazerlas.

Imperas mihi, iubes, mandas, id fieri a me vis, quod exequi, efficere præstare neque debeo, neque possum, das mihi, iubeas, mandatis neque honestam, & eiusmodi, quæ vires meas exuperet.

Esos jantes se do de mandar a muchos.

Optasse est imperiū, multos habere, habere multos quibus liceat imperare, qui pareant imperanti, quorum opera iure tuo, pro tuo iure, pro potestate, tuo arbitratu possis, ut multis dominari, multis præesse, paratos ad voluntatem imperium, ad nutum habere multos.

manera
o modo.

No me agrada como lo tratas.

Hæc mihi ratio rei gerendæ non probatur.

Esse modo de fœdibus fœdibus que bene quærent.

Hic tuæ vitæ cursus offendit eos, qui te diligunt, op
timeque tibi cupiunt.

Vos concepsit me, mihi salutem.

manifesto.

Notior & illustrior meus iure animus erit.

Agoratodos vobis vobis virtutem.

Nunc tuæ summæ laudes excelsæ & illustri liberos
ta sunt.

Orestes cum summa manu mato a sua madre.

Matav.

Orestes parentem Clytemnestrâ sua manu defodit, *Matav.*
defodit, perfodit, vltia exiit, priuavit morte affecit, pu
niuit, multauit, vltus est vindicauit, interfecit, inter
mit, occidit, cecidit, peremit, trucidauit, obtruncavit, *se, vide*
parenti vitam eripuit, mortem obtulit, attulit, intulit, *engabur*
vim intulit, manus attulit, intulit,

Nuestros antepassados ineno sprecianan la riqueza, y
amauan la virtud.

M eno/
preci ar.

Maiores nostri diuitias minimi putabant, vñ vir
tutē sequebatur: apud maiores nostros minima diuitia
rū, virtutis erat ratio maxima: nullo loco apud maio
res nostros diuitiæ fuerūt, virtus vna vigebar maximē:
plurimū semper apud maiores nostros virtus valuit,
minimū diuitiæ: opes minimis ponebāt: postrema om
niū rerū diuitiæ illis erant: tē familiarc, quæq; nos bo
na appellamus, parui, minimi, nihili reputabant, duce
bāt, æstimabāt, pēdebāt, faciebant, flocci faciebāt, flocci
nō faciebāt, (idē enim significatur, siue absit, siue adsit
particula nō) minimi erāt apud maiores nostros opes,
minimi pēderis, nullo apud eos loco, parui momenti:
postremum apud eos locū opes obtinebant: de opibus
minimū laborabant, diuitias præ virtute contemne
bant, infra virtutem ducebant, post virtutē habebāt,
virtute posteriores iudicabant,

No tengo cuenta con nada de so.

Trahuntur per me pedibus omnia: non laboro, nē

ELEGANCIAS DE

nil me afficit, nihil me tægit, nulla re moueor, de qua
uis resulsq; deq; tero, æque omnia contemno. fastidio,
resumo, nulla res à me pondus habet, nullius momenti
est, in pratio est, ne minimi quidem est.

Conozco que ninguno da zè caso de mi.

Planè, deserti, esse me, atq; abiecti intelligo: nullo ià
loco sum, reii. ior. & estè nor ab omnibus, nullius iam
pretij sum, ordinè nullum obtineo, fabula sum, nullus
sum, habeor in postremis, despicio: despectus sum, nul
lius loci sum, nullius ordinis, postremè conditionis.

Mensajero. Entenar mensagero si el te escriuio.

gero si el. Quoties mihi certorum hominum facultas erit, ille
terax ad te dabo.

Mirar. En caso justo, luego miramos al cielo.

en alto. Hic est mos hominum, ita more comparatū est, vt in
repentinis aduersisq; calibus, si quid & præter opinionè
& contra voluntatem accidit, cælum iatueantur, suspi
ciant, spectent, ad cælum suspiciant, adspiciant, spectet
oculos tollant, intendant

Mirar. En cada cosa te me cmenta con vuestra honra.

generoso. Magna omnibus in rebus tua dignitas rationem
quidado. habeo: semper mihi tua dignitas ante oculos erit, pro
posita erit, erit antiquissima, meæ cogitationes tuam
laudem spectabunt: animus meus in honore tuo inhi
xus erit, ac locatus, in omni re, quid honor tuus possu
let, quid ferat, quid requirat attendam.

Esta hoy poco he mirado en mi interese.

2. Num iam hætenus utilitatis moderationem habui, du
xi, spectavi, quid esset & re mea, in rem meam, quid ad
rem meam pertineret, in rem meam faceret, conueni
ret, quid rebus meis expediret, prodesset, cõducere, vi
le esset, utilitatem afferret, utilitati esset, emolumento

Moderata. esset, fructum pateret.

do. Es hombre muy moderado.

Modo. Homo est à cupiditate omni longè remotus.

varjo. Quasi que te recogiesse.

Vell.

PAVLO MANVCIO. 76

Velim te cohibeas, velim te colligas, velim te admodum reuoces, ad rectam rationem reducas, intra rationis girum reuoces, traducas.

Si mensester fueram maxime perquestra bonitas

Morir.

Si res exiges, pro tua dignitate vitam libentissimè profundam, decedam, cedam è vita, excedam vita: & è vita discedam, mortè obibo, mortè oppetam, vitam cum morte commutabo, lucis usuram amittam, extremū spiritum effundam, *Et quæ proxime sequuntur.*

1. Cosa es de desear morir en la vegeç.

Optabile est, affecta ætate diem obire vltimū, summū obire diem, migrare è vita, huius lucis usuram amittore, obire, occidere, interire, perire, mori, vitā finire, animā f. are, abire, vitā discedere, decedere, ex corporis vinculis euolare, ex corporis carcere, vel ergastulo, solui aut liberari, ab hominibus demigrari.

2. Aunque me maten, no mudar de proposito.

3. Si vocer ad exitū vitæ, nō faciā vt hūc sensū deponē.

En la muerte de tu padre, consuela te con lo que sabes que todos haemos de morir.

Paterni obitus dolorem hæc ratio depellat, quod omnibus impendit mors, hæc omnia lege creata sunt, vt morte deleantur, extinguantur, tollantur.

No me mostrays el animo que soy obligado.

*mostrav
el ani-
mo.*

Non præstas mihi eum animum, quem debes,

4. Mucho haueys mudado la voluntad.

Magnus animi tui motus est factus.

5. El ano pasado alababas mas q̃ todos la paz: agora ya parece que has mudado el proposito.

mudado

Anno proximo, superiore, pacis auctor præter ceteros eras: nunc videris à prima causa descivisse.

No puedo créer que tanto os ayays mudado.

Adduci non possum, vt te a tua consuetudine tam valde, tam longè discessisse existinem. (na.

Del negocio de Padua, no hagays nada hasta q̃ yo buel

Integrū tibi de re Patavina ad meū reditū referua.

ELEGANCIAS DE

*Mus.
tra ore
seña.
Natura
loza.*

*To he barto refenã.
Copias meas lustraui.*

N.

M *V* *poscassa ha sido con Vos natural ex a.*
Statim angustia natura te suis copiis instructa pa-
rum in te benigna, parum liberalis natura fuit. non est
cur naturæ gratias agas, non multum naturæ debes:
naturam expertus es parum liberalem, parcè tibi sua:
bona est elargita natura: naturæ bona, adiumenta, di-
pes, diuitiæ, subsidia tibi desunt, te deficiunt. in te non
agnoscuntur, in te desiderantur, requiruntur: ita natu-
ra tecum egit, ut nouerca potius, quam mater fuisse
videatur: iniquior in te natura fuit: tibi non contigit, ut
naturæ bonis excelleres: possum in te quiduis potius,
quam naturam laudare: natura tibi de suis muneribus,
non quanti opus erat impertiuit, suis te donis abun-
dare natura noluit: inops es à naturæ bonis: est cur de-
sideres naturæ bona: non optimè de te merita natura
est, multa naturæ accepta referre non debes.

Es mucho de mi condicjon, o natural ex a.

Valde mihi aptus est, mirè factus est ad naturam meam,
vehementer est ad meam vitæ rationem, & consuetudinem
accommodatus, conuenit optimè cum ingenio meo.

De Vuestro buennatural hazeys esto.

In hoc humanitatem tuam agnosco.

Esfo es a todos natural.

Omnibus hoc est à natura tributum, insitum:

Notata y como querria.

Hæc mihi ratio reigerendæ non probatur, non agis,
ut agendum censeo aliter agis, atque ego agendum
existimo: cum ita agis, à iudicio diferepas meo, disce-
dis, dissentis, procul abis.

No quiero estornar Vuestros negocios.

Nolo tuas occupationes interpellare, tibi tam occu-
pato molestus esse, molestiam exhibere, obstreperè? no-
lo tuorum negotiorum cursum impedire, tuis rebus
impedi-

Negociar.

*Nego-
cios.*

impedimento esse auocare, te à suis negotiis, curis, occupationibus.

Es mi Rector, o Procurador.

Meas rationes tractat, mea negotia gerit, meas res administrat, meus procurator est, mea negotia procurat, is est, cui res meas commisi, credidi, commendaui, tradidi, mandavi, sustinet rerum mearum curam.

Es de noble linage.

Honesto loco natus, claris parentibus ortus, ex honesta familia, primarius, honestus, optimus inter cives conditionis, honoratus.

Mucha liliandades trae consigo la niñez.

Multa leuiter, inani quodam studio, temere in puertia committuntur, in prima etate, primis annis, teneris annis, primis temporibus etatis, à puero, ab iduente etate, incunè pueritia, primo etatis initio.

Es nãdo gracioso.

Nihil est puero festiuus, nihil lepidius, lepores habet, qui amorem conciliant lepore, festiuitate, elegantiarum conferendus cum illo puero nemo est.

No esta en mi mano determinar me si fere Republica.

Integra mihi res non est ad consulendam, capeflam, necne Remp. non est mihi libera, non expedita, non soluta de capeflenda Rep. deliberam non habeo capiendi consilij facultatem, de suscipienda, gerenda, administranda Rep. teneor implicatus, nec mea expedire consilia possum de suscipienda Rep.

No puedo sufrir tan gran dolor.

Tantum doloris, sollicitudinis, acerbitalis sustineo, quantum ferri vir possit ferendo dolori non sum, impares dolori vires meae sunt, ad dolorem infirma, dolor franguntur, vim doloris minimè sustinent, roboris in me tantum non est, ut acerbitalatem tam graue, quæ perpeti.

No se que partido pueda escoger.

Difficilis deliberatio est, lubricus ad liberandum locus.

Noblo.

Niñez.

Niño.

No esta en mi mano.

No puedo sufrir.

No se q escoger.

ELEGANCIAS DE

bus, deliberā lū cōsiliū capere nescio: valde hæreo, impedita deliberandi ratio est, cōsiliū decit, explicare nihil queo, expedire me nequeo, in op. cōsiliij, in op. a cōsilio sum, cōsiliū diu frustra quaero.

Temo que he escogido mal.

Metuo, ne id cōsiliij ceperim, quod explicare nō facile possim, exitū cōsiliij mei extimesco: cōsiliū a me captū, et eum, quē volo, exitum habeat, opto magis, quā spero, vānā cōsilio meo respondeat, exitus: timeo tamen, ne nō ita sit: vereor, ne non optime, quod deliberaui succedat, procedat: meū cōsiliū quo sit euasurū, timeo, quam feliciter mihi euenturū sit ex cōsilio meo, plane non video, qui sem aduersa metuo, timeo mei cōsiliij quis sit exitus futurus.

Nouedad.

Soys amigo de novedades.

Res nouas quaeris, cupidus ea rerū nouarū: status hic te minime delectat, nouitatē amas, nouitati studes, fa-

*Nuevas enier-
sas.*

Diz escipersono ajosfa cierto. [ues.

Rumores sunt, iactis illi quidē cōstātes, sed sine auctore: rumeur est, sed sine capite, rumor ipso natus, sermōnes exaudivuntur, prorsus tamē incerti, inanes, infirmi, orti ex voluntate, qui nulla veritate nitantur, dissipiati, sine causa, auctore nullo: ita stant hæc sermonibus incertis, sermones dissipantur ij, qui uis haberi fides nulla debeat, vnle merito fides absit, in quibus nō sit pondus, qui nihil certū sequatur, qui neq. nunciis, neq. literis coprobentur, quos veritas nulla cōfirmet, qui nulla veritate, nullo satis firmo testimonio, nullo prorsus argumento, rationē ne nitantur.

*Nuevas enier-
sas.*

Hauian llegado del malas nuevas.

Rumores de illo duriores erant: aduersa quædā de illo erat allata: nunciij venerant tristes, aduersi, infauisti, parū cōmodi, minime læti, parū secundigravior de illo fama peruenierat, dissipata erat, disseminata, dispersa, peruulgata, duriora quædam, grauiora erant significata, iactabantq. sermonibus, dissipabantur.

No

No se hizojamas mejor cosa.

Post hominum memoriam, post homines natos, ex
omni memoria, nihil gloriosius.

Muchos mas son los raynes que los buenos.

Improbi multis partibus plures sunt, quam boni.

Nunca.

*Numero
mayor.*

Harelo que & me mandare.

Pareo tui mandatis: exequar tua mandata: effe-
ctum dabo quod mandasti: tuae voluntati parebo, in-
rem geram, obsequar, obtemperabo: sequar volunta-
tem tuam: meam voluntatem ad tuam aggregabo, cum
tua coniungam: tuae voluntati mea voluntas seruiet, tua
mihi voluntas lex erit, tuque norma.

*Obede-
re.*

*Obliga-
do.*

Obligato esto ya fermitos.

Incredibilis tibi quendam amorem, & omnia in te
summa ac singularia studia debeo.

Tesabeys quanta obligation tengo.

Videre te scio, quantum officij iustineam.

La vida es deus.

Pro te mori possum.

Muchome deus, y no pagas.

Magna mihi debes benedictio, nec soluis.

Mal podre pagar lo mucho que es deus.

Tantum tibi debere existimo, quantum persolvere
difficile est.

Dóndeno puedo cumplir cō obras, no es bien cō palabras.

Cui re vix referre gratias possum, ei verbis non pati
tur res satisfieri.

Tesabeys, no solamente obligado, mas obligado, y como.

Magna eius in me, non dico officia, sed merita.

Con esto me terne y mas obligado.

Magnus ad tua pristina erga me studia cumulus ac-
cedet.

Obligado eres de servir a tu Padre.

Debes patrem tuum colere ante omnes homines: est,
cur patri tuo praecipuum quendam honorem praestes:
tui

ELEGANCIAS DE

tui muneris, tui officij, tuarum partium est, tui munus, tuum officium, tuæ partes sunt, hoc in te conuenit, ad te pertinet, à te postulatur, hoc tibi omnis ratio sua det, proponit ut parentem tuum præcipuo quodammodo re colas, obserues, tuearis, afficias.

Obsèques.

Tolle hunc sepulcrum honra à mente.

Funus ei satis amplum faciedum curauit, dedi operam, ut funere satis amplo, satis magnifico, satis huius officio efficeretur, ut exequiis honestaretur, exequiis eum honoris prosequutus sum, honorifice sepultus est, sepultura honestatus est funeris, exequiarum, sepulturae honore non caruit, habuit in funere, quæ illum decorarent, illi honore adderent, decori essent, honori essent.

Ocasione.

Ocasione ay de quexarme de ser.

Locus videtur esse tecum expostulandi, querendi de te, tui accusandi.

Berdiese ya la ocasion.

Amisum tempus est, elapsa domanibus est, abiit, præterit, fugit, euasit, amissa est, nullam iam est, prorsus perit occasio, tempus, opportunitas.

Es muy ocupadísimo.

Ocupado.

Gravissimis rerum susceptarum oneribus premor.

Ofender.

Imas he hecho cosa que ofendiese tu honra.

Nihil unquam feci, quod contra tuam existimationem, esse vellem.

Ofrecer se.

No ay mayor bellaqueria, q ofender, o dañar a su padre.

Oferta.

Nullum est grauius piaculum, quàm patri vim afferre.

Si se ofreciere ocasion, que & m. ay a menester mi ser nicio, no saltare a to que soy obligado.

Si accidet, ut operam nauare tibi possim, ut opera mea tibi utilis esse, è re tua esse, in rem tuam esse, è comotio tuo, ex vfu tuo esse possit officio meo non deerō, satisfaciam officio meo, officium meum præstabo, nō committam, ut officiū meū desiderari possit, ut meæ partes requirantur, si contingat, si eueniet, si vfu veniet, si res, si tempus, si occasio feret, postulabit, poscet, ex-

get, requiret, si occasio se offeret, se dabit, se ostendet, si feretur, dabitur, ostēdetur, si fortuna feret, occasio ē aut tulerit, detulerit, praebebit, ostēderit, si tēpus accidet.

Si que res fauorece, no hallareys hombre q me por lo agradezca siempre que me nester sea.

Si complecti hominem volueris, neminem habebis, cum res tue postulabunt, neque praestantioris animi, neque maioris in te benevolentiae.

To prometo de hazer todo lo q pudiere en vuestro servicio

A me omnia in te studia, atque officia, quae quidem ego praestare potero, velim expectes.

Querria os siruiesse y de mi.

Velim varia opera mea.

To os declarar mi volūt ad quādo mas me nester fuere.

Quaecūque tibi commendare potero, omni cura, ac diligentia complectar, quae tibi intelligam esse accommodata, omnia studiosē persequar, diligenter praestabo; meum erga te studium in his maximē declarabo, quibus plurimum significare potero, tuam mihi existimationem & dignitatem carissimam esse.

Veranto los quantos siruio vuestro honra.

Studium meum dignitatis tuae vel tuendae, vel etiam augendae summum omnes intelligent.

En toda cosa vuestro, contadme de los primeros.

Nihil tibi erit tam promptum, aut tam paratū, quā in omnibus rebus quae ad voluntatē, ad commodum, ad amplitudinē tuā pertineant, opera, cura, diligentia mea; vti profiteor, atq; polliceor: eximiū & singulare meū studiū in omni genere officij, quod ad honestatē, ad gloriam, ad rem tuam spectet: nullatibi in re neque studiū, neque benevolentia mea deerit, praestatio erit.

Siempre sere qual hasta oy en vuestro servicio.

Qui antea fui, idem in posterum futurus sum in te ornatū & amplificandū.

En toda cosa cō obras y palabras mirare por vuestro honra

Quaecūque mihi tui honorandi potestas dabitur, nihil

ELEGANCIAS DE

nihil pratermittam, quod positam sit in ipsa re, aut in honore verborum.

Nunca faltare en Voluntad y obras a Vuestra honra.

Nunquam mihi tui aut colendi, aut ornandi voluntas deerit.

To es-me ofrezco sin excepcion alguna.

Pollicitor tibi studium meum, operam sine vlla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis.

Haré por Vos lo que pudiera.

Omniem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tuis rebus consumam, ponam.

To me ofrezco todo lo que puedo.

Quidquid valeo, tibi valeo: vniuersum studium meum, & beneuolentiam ad te defero.

Haré en Vuestro servicio mas de lo que Vos pensaysis.

Vincam meis officiis cogitationes tuas.

Oficio y
obligacion.

A esta soy obligado.

Tuum hoc est munus, tui muneris, tuar partes, tuarum partium, hoc à te postulatur, expectatur, requiritur, exigitur, hoc homines expectant, hoc ad te pertinet, attinet, expectat, tibi conuenit, in te conuenit, te decet, tuum est, hoc debes, tibi non licet hoc negligere: proprie in te cadit.

Oluidar

Mas contento biuirias, si te oluidasies de las desdichas passadas.

Letior tibi vita esset, iucundior, tranquillior, tranquillius ageres, si tuos casus obliuisceris, ex animo tuo ipente memoria deleteris, euelleres, si memoriam tuorum temporum omitteres, deponeres, abiceres, ex animo delere, si tua pristina mala, tuos casus tuorum temporum varietatem obliuione voluntaria contereres apud te celeret obliuio.

Opinion

Dejado he mi antigua opinion.

Istorum maleuolentissimis obrectationibus detere illa mea sententia depulsum.

May yo verte cosa de el virtuoso dexando una buena opinion.

Pono

Bono viro sensum rectum deponere, difficile est.

No se me puede quitar esta opinion.

Ab hac sententia deduci non possum, hanc deponere, & aliam suscipere opinionem vix egrè, nullo modo, nulla ratione, nequaquã, neutiquã, minime possum, prorsus non possum.

Perque he de mudar de parecer.

Quid est, quod aliam in partem traducere me debeam? cur hanc opinionem abiciam? cur hunc deponam sensum? cur ab hac sententia desciscam, discodam? cur alter sententiam? cur à me ipso dissentiam.

Fuerto cosas, el hombre bueno dexar en buen parecer.

Vir bonus, vi sententiam mutet, non facilè adducitur, impetrare à se ipso nullo modo potest: bono viro sensum rectum deponere, difficile est, magni negotij est: vir bonus à recta sententia desciscere vix potest: vt sententiam mutet nō facilè adducitur: tenet arctè quā semel complexus est sententiam.

To hare que aprouey mi parecer.

Probabo tibi meā sententiam: efficiam, vt opinio tibi mea cum ratione congruere videatur: ostendā esse, cur probes sententiam meā, acquiescas meæ sententiz.

Era opinion antigua.

Erat hæc in animis hominum inueterata opinio, per vetus, diuturna, multi temporis, minime recens, in animis hominum penitus insederat.

No es es hora no seguir la opinion de vuestro padre.

Honeste à parente tuo dissentire non potes. turpe tibi est à patre dissentire: nō potes à patre sine infamia, sine dedecore, sine graui culpa, sine turpi nota dissentire.

Somos de dinersa opinion.

Opinionum dissentione discrepamus: nō idem, aliter, diuersè, variè sentimus, non, quod tibi, mihi videtur idem, placet, probatur.

Engañado haueys mi opinion.

Fecisti opinionem meam, tractasti me secus atque exidi-

ELEGANCIAS DE

existimabam: non eum in me, quem putabam, te prae-
stiti expectationi meae nequaquam respondisti: cum ani-
mo meo tua facta non conueniunt, conientiunt, con-
gruunt, prorsus te alium, atque arbitrabar. sum expec-
tus, te ipsa cognoui, sensi.

De una misma opinion somos,

Coniunctum est meum consilium cum tuo: consen-
tiunt, concinunt sententiae nostrae, nihil à tua mea di-
stat, dissentit, discrepat opinio idē sentimus, à tuo iudi-
cio mea sententia non abhorret, idē utrique nostrum
probatur, videtur, placet, idē sequimur: idē est utriusque
sensus, congruit cum opinione tua sententia mea: dis-
sensio inter nos nulla est: dissensionis, aut controuersie
nihil, conuenit inter nos.

Esos es sus malicias me han hecho mudar de opinion.

Horum maleuolentissimis obtreccionibus de ve-
tere illa mea sententia depulsus sum, deiectus, disturba-
tus, repudiatus: factum est horum culpa, commissum est
horum iniquitate, ut à mea illa veterē sententia desci-
perim, ut veterem illū sensum deposuerim, ut abiecta
veterē illa sententia, nouam susceperim.

*El año pasado alabauas tanto la paz, y agora ya eres
de otra opinion.*

Anno proximo, superiore pacis auctor præter cete-
ros eras, nunc videris à pristina causſa descuiſſe: non
quod anno proximo, nunc idē de pace sentis; tua de
pace sententia cum superioris anni sententia conueni-
re non videtur: non eadem tua est, quæ anno proximo,
superiore, de pace sententia: pacem vnus omnium ma-
ximē tuebaris anno superiore, nunc alia tua mens vide-
tur, non idē sensus, diuersa opinio.

Tu has mudado de opinion.

In sententia non permanisti sensum mutasti, aliter
existimas, à pristina sententia descuiſti, à te dissentis, di-
uersam opinionem suscepisti.

*Muchos es habia becho de vuestra opinion y ahora
los*

Ius que bien senten.

Magnum apud eos, qui rectè iudicant, tua sententia pondus habet, magni fit magni æstimatur, magni penditur, auctoritatis habet plurimum, grauissima est: rectè sentientes in opinione, ac iudicio tuo plurimū ponunt, opinioni tuæ multum tribuunt, multum deferūt, facile assentiuntur, acquiescunt.

Todos son de un parecer.

Vnus omnium bonorum est sensus, idem omnibus probatur, eodem concurrunt omnium sententiæ, sequuntur idem omnes, spectant, probant, opinione tuetur: eadem est omnium sine vlla varietate opinio: opinionum nulla varietas.

Si mis parecer es es dañoso a la Republica apronecha.

Sententiæ nostræ, si minus è re tua sunt, Reip. rationibus conducunt tuam si vtilitatem oppugnat, Reip. cōmoda tuentur: si tibi detrimentū, Reip. commodum afferunt: tua si minuant, Reip. augent commodā; si tuis aduersantur, Reip. rationibus expediunt.

He concertado lo que tocava a la guerra.

Rem militarem constitui, collocaui, composui, optime digessi.

ordenar

P

do.

Quero quod me pagueys lo quod per el me haueys prometido. Pro illo solues, illius promissa tu præstabis: pendendum tibi est quod mihi pro illo spondidisti, illius promissio, solutio tua erit, ad te pertinet.

Pagare

No puedo pagar.

Soluendo non sum: non est, vt possim soluere: non habeo, vnde soluam: non suppetit, vnde creditoribus satisfaciam.

Esta pared se abre.

Hic paries vitium facit, rimam ducit, rimam agit, labem facit, labefactatur.

Pared.

Bien me agrada que esto parezca.

Consilium mihi tuum probatur, idem sentio quod tu, meus cum tuo sensu congruit, assentior tibi, tuam

Paraceo

L

sequor

ELEGANCIAS DE

sequor sententiam, rectè sentire mihi videris, accede ad tuam sententiam.

Pariete. *Creo que nos helgaremos con este parentesco.*

Spero nobis hinc coniunctionem voluntati fore: optimam de hac habeo coniunctione spem, de hac coniunctione spero optime, spes me tenet optima, sustentat, alit, pascit, fouet.

Teneys muchos parentes.

Propinquis & affinibus flores: à propinquis optimè paratus es, munitus es: propinquis abundas, copia flores propinquorum.

Deshozer el parentesco.

Dirimere coniunctionem, discindere, diffuere, disungere, ius omne coniunctionis tollere, delere, extinguere.

partirso. *Intiendo partirme.*

Mihi est in animo discedere, digredi, abire, proficisci, locum mutare, de discessu cogito, discessum cogito, discessum specto, in animo abeo, meditor, animus est in discessu.

Metello no me fro tristeza en salir de la patria.

Summa voluntate Metellus patria celsit, æquissimo animo, minimè contrà voluntatem: summa fuit Metelli æquitas, animi in patria relinquenda.

Partici. *No sufrays q de vuestro amor lleue yo la menor parte.*

par o ha Ne patiaris, me partem amoris tui minimam ferre:
uerkar. noli committere, vt partem amoris tui minimam capiam, vt exiguum ab amore tuo fructum feram, colligam, summum, percipiam: fructum amoris tui velis esse non exiguum, non vulgarem, non mediocrem.

Pasion. *No soy apasionado como otros.*

A certo & vero sensu iudicas, quod isti ne faciant, malevolentia & liqore impediuntur: non tuæ mentis oculos lior obducit: rectum animi sensum in iudicando sequeris: tuum, iudicium ratio dirigit, ac moderatur: quod ratio præscribit, ac probat id iudicas, quod istis per malevolentiam non licet, quam istis facultatem

tem eripuit liuor, & maleuolentia.

No creeras quan fura esoy de toda passion.

Vix credas, non facile putes, ægrè possis cogitatione assequi, quàm æquo animo, sereno, tranquillo, quieto: ab omni cura vacuo: quam omni vacem perturbatione: quam sim omnis expertus curæ, quam procul absit animus meus ab omni cura, quam tranquillo animo sim, quam tranquillè agam, quam tranquillè agat animus meus, quæ meus fruatur animus tranquillitate, quæ sit animi mei tranquillitas, quàm nulla sit animi mei perturbatio, cura, molestia: quam parum animus meus cura fluctuet, iactetur; agitetur, commoueatur, æquitatem animi mei, tranquillitatem, securitatem, quietem vix credas. assequi cogitatione vix possis.

Cerrado esta el passo.

Transitus interdictus est: interclusa est via: non patet aditus, non datur.

passo cerrado.

Gran Vellaqueria hazey.

peccado.

Grauiissime peccas, sceleratè agis, summum dedecus adminispiculum committis, maximo te scelere adstringis, obstri-gis, culpam grauem committis, iniquissime facis, scelus committis, perperas.

Nunca tal comerti.

Hanc ego nunquam attigi culpam, hoc me nunquam crimine contaminaui, inquinavi, infeci, polluit hanc nunquam subiui culpam, hac me nunquam culpa polluit, labefecit, huius criminis, flagitij, sceleris vitij labe, macula infectus nunquam sum, vacui semper ista culpa.

No a y pecado que o y no cometan las gentes.

Omnes in omnem culpam prolabuuntur, incurrunt homines in omnem iniquitatem: nulla culpa est, quæ non hodie subeatur: omnes in omni scelere flagitiorumque genere voluntur: omnem improbitatem omnes amant, nullum hodie flagitium ignoratur.

ELEGANCIAS DE

prætermittitur, non committitur.

*Pensar
atenta-
mente.*

Pensar, ymaginar, considerar.

Colligere se, animū intēdere, meditari accuratius, diligētius animaduertere, cōsiderare cū animo suo, versare in animo, diligenter animo tractare, agitare animo diligenter, studiōse cogitare, intenti aliquid animo intueri, attētius examinare, perpendere, ponderare.

Ponderad esto.

Hoc tibi ante oculos propone, pone, statue, cōstitue, ad animū refer, hūc mentē intēde hūc spectet animus tuus, dirige tua cōsilia, tuas cogitationes ad hunc finem, hoc tibi propositū sit, mentis acie in hoc intende.

Sempre pienso en Vos.

Nūquam de te non cogito, nullam à me tempus prætermittitur de te, tuisq. rebus cogitandi: nūquā mihi ex animo effluit, excidis, discedis, excubo animo tuo, tuarūq. rerū causa in te, tuisq. rebus animus meus perpetuū est, meq. curæ omnes in te sunt, te semper spectat animus meus: meæ cogitationes in te, tuisque rebus consumuntur omnes, ad teque referuntur.

Pienso en Vuestro provecho.

Toto animo de tuis cōmodis, ornamentisq. cogito, valde laboro de tuis cōmodis & ornāmētis, mihi tuus honor, & tuæ fortunæ etiā atq. etiā curæ sunt, de utilitate, ac laude tua æquē ac de me ipso cogito: ita cogito, ut nemo magis: tam cogito, quān qui maximē.

Yo no pienso sino en enseñarte la virtud

Quinque meam cogitationem in ostendenda tibi virtute fixi, & locavi: in tradenda tibi virtute sum totus: hoc vnum mea spectat oratio industria, Thesauros tibi virtutis ut aperiam, ac tradam, versor in hoc studio totus: ut alitum tibi ad virtutem patefaciam, ut ornem te virtute: ut ad virtutem duce nre, peruenias, hæc in re, atque cura mens mea tota versatur, quæ sit dignitas, qui splendor, quæ pulchritudo virtutis me magistro ut intelligas:

Vos

Vos sabeyis muy bien mis pensamientos

Mea consilia planè tibi nota sunt tenes consilia mea, meum animum, meos sensus, non te latent mea consilia: cognitū habes, ac per spectū animū meū. quī sit meus sensus, probè nosti, præclārè intelligis.

De vna pequeña pēsamiēto he venido en muy grācuydado

A minore cura maximā ad sollicitudinem traductus sum: curā equidē antea sustinebā, ferendā tamē, nūc sollicitudine premor ea, quæ ferri non possit, hac sollicitudine nihil grauius, vincitur animus meus, planeque frangitur hac tam graui sollicitudine.

*Pensa-
mientos,
pensada
des.*

En gran cuydado estoy.

Graue curā suscepi grauis me excepit cura, grauis in me incumbit sollicitudo, acerba me inuasit sollicitudo.

Todo el pensamiento de vengarme he dexado de muy buena gana.

Vltionis omne libenter consilium abiicio, depono, omīto, omnem acceptæ iniuriæ memoriā ex animo deleo: de vltione nihil planè cogito: vltionem minimè cogito, animus meus vltionem non spectat, abduco animum ab vltiscendi consilio.

Al reues me falso lo que pensaua.

Spes me frustrata est, aliter atque opinabar euenit, accidit, contigit, successit, non is, quem volebam, exitus consecutus est, successit præter sententiam, contra voluntatem, non vt volebam, secus atq. opinabar, exitum sortita res est alienum à sententiā mea, dissimilem voluntati, minimè cum animo congruentem, ab animo meo discrepantem, diuersum, abhorrentem.

Ha puesto su pensamiento en hazerme daño.

Fractam illam, & debilitatam vim suā in me contulit, vires illas, quæ illi reliquæ erant imbecillæ, infirmæ, parum firmæ, hāud satis firmæ, collegit, & contulit omnes ad me opprimendum, evertendum, affligendum, perdendum, ad exitium, ad perniciem, ad meam summam calamitatem.

ELEGANCIAS DE

Pensad atentamente la inconstancia de la fortuna.

Intendite animos vros ipsi vobiscū consulite, inite cōsilia cū animis vestris, & quæ sit fortunæ vicissitudo, quæ mutatio, qui fluctus rerū humanarū, quā variatē peritate iactetur hominū vita, cogitate, animaduertite, attēdite, examine, perpendite, cū ratione, tanquam æquissimā lance, diligenter æstimate.

Peligro.

En el mismo peligro estays.

In eadē es naui, eodē in discrimine versaris, idē tibi periculū impēdit, æque tua salus agitur, tuæ fortunæ periclitatur, eadē tibi imminet calamitas, æque periclitaris, in iisdē nauigas fluctibus, eodē iactaris vētos, eadē te procella perturbat, eodē loci restituta sunt, versaris in eodē periculo, in eadē fortuna, eadē te fortuna manet, tibi impendet, tibi imminet, te viget, paties cōditione, par, similis, eadē, non dissimilis, nō dispar, nō alia tua cōditio est, nō minus de te agitur, tua res eque agitur, de tua te itidē agitur, in periculū tuū adducitur, venit, periclitatus, periculū subit, *en el mismo* iustāt mala, haud melius tecūm agetur, haud meliōre loco res & fortunæ tuæ erunt.

Perder.

Muchas vezes polo dō Anibal prosperamēte cō los romanos.

Sæpe cū Romanis exercitibus, copiis Poenas Hannibal feliciter, prospere, secunda fortunæ, prospero cūctū pugnauit, pugnas pugnauit, pugna certauit, acie cōflicxit, acie cōtēdit, acie congressuse, p̄liō decertauit, dopugnauit, digladiatus est, manus conseruit.

De zetes hōbres valerosos muriera en aque'lla batalla.

In illa pugna, illa acie, illo p̄lio, cōflictu ducēti homines insigni fortitudine, virtute, præstantes, occiderunt, mortem oppetierunt, occubuerunt, desiderati sunt, ducentos homines pugna illa furtu lic.

Perder.

Tu has perdido el fauor, no por tu culpa, sino de los tuyos.

Gratiā tuam extinxit, perdidit, afflixit, omnem apud omnes deleuit, non tua, sed tuorum culpa, factum est, minimē quidem tuo, sed tuorum, viūo, vt qua floreas

tebas gratia, eam amitteres: periit quod habebas gratia: tuorum culpa, non tua: commissum est à tuis potius, quàm à te ipso, per tuos potius, quàm per te ipsum, vt esses, nò vt antea gratus, vt eà gratia, qua fruebaris antea prorsus excideres, vt amitteres hominũ studia, vt ex animis atq. amore hominũ efflueres, excideres.

Procura de nò perder tu honra

Omni industria cõtebe omni studio labora; incube toto pectore, cõfer huc tuas omnes vires, tua studia, curã, industriã, cõtere quãtũ in te est, quãtum in te factum est, quãtũ potes, quã potes maximè, cunctis vitibus; ac nervis, hoc age diligenter: da operã quam potes diligenter: summã adhibe diligentiã, studio cõtebe quã licet maximo, quãtũ potest esse maximũ, summo prorsus: hoc enim cures, labores studeas in primis, præter ceteras res, præcipue, potissimum, ante omnia: ne tua dignitatis iacturã facias: ne de tua dignitate detrahatur: ne quid a duersi dignitas tua patiatur: ne tua dignitas molestetur: ne quod in tua dignitate damnum facias: ne quid feras detrimenti: ne qua labe aspergatur, effundatur honori tuo, ne quã existimatio tua iacturam patiatur, ne splendor tuæ dignitatis obscuretur.

Grã Verguensa es q̃ si etan q̃ pierdas el antiguo esfuerso

Animi tui magnitudinem inflectere sine summo dedecore non potes: animum demittere, animo cadere, animum imminuere, turpissimũ tibi erit, magno vitio dabitur: humilis iã esse tuus animus, qui sublimis, erectusq. erat, sine graui infamia nò potest, sublimia cogitabat animus tuus, nihil non altum suspiciebat: nunc demissus est, humilis, abiectus, serpere videtur, humi iacere.

Toda mi hazienda he perdido.

Naufragium feci rei familiaris: periit mea res domestica, actum est de fortunis meis: prorsus euerse sunt opes meæ, perdidi omnia bona: euerit me bonis omnibus fortuna, mearum opum nihil mihi reliquum

Perder el esfuerso.

ELEGANCIAS DE

fortuna fecit: afflicta sunt, profligata, ac perditæ, extinctæ, euerse meæ res, ac fortunæ omnes: euerse sunt omnibus fortunis.

Ninguna cosa haney perdido.

Integræ sunt adhuc res tuæ: salua sunt apud te omnia, nihil dum perdidisti, status idem est qui antea rerum tuarum eodem loci sunt, quo antea. Fortunæ tuæ nihil detractum est de fortunis tuis: nullæ res aut fortunæ tuæ iacturam fecere, nullum damnum tulere, nullum detrimentum pisse sunt. nihil aduersi subierunt: nullam partem desideras fortunarum tuarum, nihil eripuit fortuna, abstulit, ademit, detraxit, auertit.

Perdida destruycion, o cayda.

Todos los tuyos se perdieron por tu culpa.

Tu tuorum omnium salutē affixisti, tuos perdidisti, tuos euertisti fortunis omnibus, tuis exitium peperisti, perniciem attulisti, summam calamitatem, ac pestem, importasti: in vltimum discrimen, in miserimum statum, in hanc omnium deterrimam, omnibusque miserandam conditionem tuos adduxisti.

Antes que se perdiesse la Republica gastauas largo, y era mucho mas, escasso.

Saluis rebus, rebus nondum perditis, cum salui eramus, ante publica mala, dum Reip. salus erat, integra, incolumi Repub. stante Repub. vigente Repub. cū Resp. suū ius obtineret, sui iurisset, suū ius possideret, suo iure vteretur, cum optimus esset Reip status, ante casum Reip. antequā Resp. concideret, occideret, periret, liberaliter agebas, liberalitatem colebas, exercebas, liberalitate utebaris, eos, quibus cum tibi res esset, liberaliter tractabas: nunc in omni re frugaliter, parce, tenuiter, restricte, infra modū potius, quam supra modū sumptū facis, in faciendo sumptu parcus es, & illiberalis, satis moderatē, vel angustē potius, impensa m facis: tuos sumptus nimis ad frugalitatem reuocas, nimis accurate frugalitatis regula metiris. (trio.)

No se te fíate como otro lo pueda sentir, por perderse mi pa-
Nemi-

Nemini concedo, qui maiorem ex perniciæ & peste patriæ molestiam traxerit: exitio patriæ ita doleo, ut nemo magis: ita doleo, quàm qui maximè, angor, torqueor, crucior, sollicitor, afficior perniciæ patriæ, sic, ut nemo unquam ex illo casu, aut vlla omnino calamitate plus hauserit acerbitatis, grauius doluerit, maiorem dolorem ceperit, maiorem in sollicitudinem inciderit, deuenierit, adductus sit.

(des ciuitates.)

La fortuna alguntiepo echara a perder algunas grã

Vi fortunæ aliquando percussæ, & prostratæ iacebunt, fortunæ viribus percussæ, occident aliquando florentissimæ vrbes: præclaras vrbes obscurabit aliquando, atque extinguet, tollet, perdet malè, perdet, prorsus affliget, planè opprimet, penitus evertet, omnino delebit fortunæ vis: erit aliquando, cum vrbes, amplissima iacent, percussæ vi fortunæ, atque prostratæ.

Arruinada esta la Republica.

Periit Respublica, concidit, nulla prorsus est formæ planè pristinam amisit: actum est penitus de Repub. orinæ, imaginè, simulacrū veteris Reip. nullum agnosces: vestigium Reip. nullum superest: fuit Respu. conuulsis res ita delapsa est, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, prorsus vlla relinquatur: periit omnino Reip. salus: non aduersa tantum est, verum etiam penitus eversa fortuna Reip. fractæ sunt opes, afflicte vires, amissa dignitas, extincta salus Reipub.

He perdido todo quantotenia.

Omnes & indulgentia & fortunæ fructus perdidi: perierunt omnes fortunæ meæ: euerse sunt, ac perditæ meæ res omnes, rerum mearum quid iam habeo? quid possideo? quid mihi reliquum fortuna fecit: ex meis pristinis ornamentis, & commodis, nullū obtineo: mearum omnium fortunarū iacturam feci perniciem tulit, tuique, passus sum: prorsus actum est de rebus meis: nihil mihi iam reliquit fortuna fecit: ita perij, ita sum perditus, ut salutem planè desperè: oppressæ iacent grauitor-

ELEGANCIAS DE

ma' fortuna meæ res omnes, ita perditæ sunt fortunæ
meæ, vteas seruare ne salus quidem ipsa possit.

*Perdo-
nar.*

Muchas veces los delinquentes son perdonados.

Sæpe homines improbi, culpæ, criminum, delictorū.
flagitiorum, scelerum affines, criminū labæ infecti pror-
sus atq; inquinati, noxii, nocentes, fontes, iudicio libe-
rantur, iudicū sententiis impunitatē asequuntur a sup-
plicio vindicantur, pœna eximuntur, pœnas vitant, ef-
fugiant, euadunt ex iudicio, elabuntur, seruantur in fon-
tes, innocentes, expertes omnis culpæ, nulla infecti cul-
pæ nullo astricti scelere, nullo contaminati flagitio iu-
dicantur, non vindicantur, non castigantur, merita nō
coercantur pœna, pœnas non dant, non luunt, non
pendunt, debitas pœnas non persoluant, debito suppli-
cio non multantur, non afficiuntur pœna, pœnas fa-
ctis, vita, moribus dignas, improbitati debitas non fe-
runt, non sustinent, patiuntur, sentiunt: sæpe fit iudicium
culpæ, vitio, scelere, improbitate, iniustitia, perfidia, vt
homines impuri, perditī, scelesti, flagitiosi, delictorum
omnium participes, sine pœna dimittantur, pœna exi-
mantur, absolutionem consequantur, animaduersionē
effugiant: sæpe nō animaduertitur in homines nocen-
tes, supplicium de nocentibus nullam sumitur, pœna
nulla capitur, secus ac meriti sunt, ac digni sunt, ac eo-
rum vita postulat iudicatur, sententiæ feruntur.

Nō sunt castigado, perdonaronle.

Pœnam effugit, elapsus est, impune illi fuit, impuni-
tatem est assecutus, pœnam nullam tulit, sustinuit, per-
pessus est, euasit ex iudicio, absolutus est, absolutionem
est adeptus.

Perezoso.

Conozco que me tienes por muy perezoso.

Perfeta

Intelligo suspectum me tibi esse nomine negligentiæ.
Tiene cognicion perfecta de Geometria.

mate.

Geometricis literis est perfecte eruditus: penitus co-
gnouit Geometriam, tenet omnino Geometriam, cal-
let omnino Geometricam scientiam, excellit in Geo-
metria,

metria, perfectam, absolutam, singularem, eximiam, Geometriæ scientiam possidet, ita processit in Geometriam, ut ad summum perueniret, prorsus Geometriam cognouit: vincit omne, præstat, omnibus antecellit omnibus, nemini secundus, est, parem habet neminem, superior omnibus est in Geometrica scientia.

Todos seran perseguidos

Perseguido.

Nulla est acerbitas, quæ non omnibus impendeat, immincat, quæ non omnes maneat, aduersa omnes omnia sustinebuntur, pari omnes calamitate prementur, communis erit omnium, non propria cuiusquam, malorum tempestas, vis malorum, iniquitas fortunæ.

Perseuerar en una buena opinion, honras.

Perseuerar.

Si quis in recta sententia sibi constet, ei magna laus debetur: talem constantiam in recta sententia, laudabile est, laus est, laudi est, laudem habet, affert, parit, cum laude coniunctum est, egregium est, præclarum est, gloriosum est, perseuerantem, pergetem, permanentem in recta sententia, laus, & gloria consequitur, laus excipit immortalis, in recta sententia laudabilis admodum est, laudibus offerenda, ornanda, honestanda, decoranda, stabilis, & firma, & perpetua permansio: tuenti acriter, & firmo in primis animo rectum, consilium, sententiam cum ratione congruentem, cum salute Reip. coniunctam, quæ sit & Rep. in Remp. & re communi in rem communem, & commo- do publico, quæ valeat ad Remp. ad rem communem, ad commoda publica, decus, eximium debetur.

Creed quæ si passæ.

Persuadir.

Induc animum, induc in animum, ita esse pro certo habe, persuade tibi pro certo existima, plane credas ita crede, & tamen edubites, exploratum habeas, atque omnino certum, pro comperto habeas, sit hoc apud te minime dubium, sit exploratum, rem ita se habere, in hoc statu esse, hunc esse rei statum.

Gran pesar recibio Cicero por la muerte de su hijo.

Pesar o tristeza

Doloris plurimum Cicero hausit, accepit, caput autem lit,

ELEGANCIAS DE

lit, ex morte, ex obitu, ex interitu filiae: grauius est affectus, magna sollicitudine affectus est, vexatus est, oppressus est, ita doluit, ut nemo magis: tam doluit, quam qui maximè, obitum filiae tulit acerbissimè, sic, ut iucunditatem omnem penitus amiserit: summum attulit dolorem Ciceroni, dedit, peperit, obitus filiae, summam Ciceronis acerbitatem, extincta filia.

De vno peneño en ydado he venido a muy grande.

A minore cura maximam ad sollicitudinē traductus sum: curam equidē antea sustinebam, ferendā tamē nūc sollicitudine premor ea, quæ ferri non possit: hac sollicitudine nihil grauis: vincitur animus meus, planeque frangitur hac tam graui sollicitudine.

Gran pesar tengo.

Dolorem sustineo, fero graue, acerbū, eiusmodi, quī ferri vix possit: dolorem incredibilem capio, suscipio, traho, dolore angor, conficior, excrucior, torqueor, affligor, vexor, perturbor, frangor, omnes mentis meae partes dolor exagitat, diuexat, perturbat, afficit: versor in acerbissima sollicitudine, dolore diserucior, diuellor, disrumpor, perimor, interimor, exanimor, contabesco, opprimor, perdor: concidit animus meus ictu doloris; curarum ac sollicitudinis, concursu molestiarum labefactatus, atque conuulsus: ita cecidit animus meus dolore perculsus, ut nulla res eum ad æquitatem possit exollere: iaceo in maiore, ac sordibus, curis maceror, ægritudine animi contabesco, ægritudine animi ita laboro, ut sanari vix possim, vel, potius planè non possim, ut spem salutis amiserim, salutem desperem, de salute desperem, spes salutis nulla omnino superfit, versor in summo dolore, acerba sollicitudine, graui cura, molestia, ægritudine, angore, merore, vehementissimè sollicitor, acerbissimè doleo, dolore angor incredibili, angor intimis sensibus: dolorem sustineo, quantum ferre vix possum, vel planè non possum, quantum ferre vix, aut ne vix quidem possum: me conficit

fiçit cura: me dolor exanimat: ita fluctibus curarum factor, vt à portu prorsus excludar, longè dimouear, amouear, sum mouear, arcear.

Ninguno siente mas: que yo la destrucion de la patria.

Nemini concedo, qui maiorem ex perniciè, & peste patrię molestiam traxerit: tam doleo patrię interitū, quam qui maximè, sic doleo, vt nemo magis, qut nemi ni concedam.

Siento como vos mismo vuestras penas, o dolor.

Doleo dolorē tuum, doleo tuo maiore, socius aggritudinis tuę sum, particeps sum maioris tui, de tuo dolore cōmunico, communis, par, simillimus, idē vtriq; dolor est: pariter ac tu, æquē ac tu, similiter ac tu, non secus ac tu, itidem vt tu, nihilo leuius quam tu, doleo, dolorem suscipio, capio, traho, haurio.

Si no me creeys, pedir lo a vuestro padre.

Si mihi fidem non habes, fidem apud te si non habet oratio mea, roga patrem tuum, interroga patrem, quare de patre tuo, sciscitare, cognosce: patris tui sententiā, voluntatem, iudicium exquite.

Te te suplico quan en carecidamente puedo: no me niegues esta merced.

Singulari studio, quā possum studiosissimè, valde hoc ex animo à te contendo, hoc à te ita postulo, peto, contēdo: vt fortunæ in eo meas postas putē: velim existimes, quod à te peto, id eiusmodi esse, vt meę fortunæ omnes agātur, in eo cōsistāt, locatę, repōsue, cōstitutę, sint, sic à te peto, quasi in eō mihi sint omnia, quasi rationes ex eo meę pēdeāt, ad vnū illud referantur.

Excelētemēte pinto Appelles la Venus de medio arriba Pintar.

Appelles Veneris caput, & summa pectoris politissimi arte perfecit, mirē pinxit, egregie, scē. vt nemo melius singulari expressit, atq. exornauit artificio, egregiis picturę coloribus illustrauit, perfecit, ac perpoliuit egregie.

El deleyte incita los hombres a cada cosa mala.

*Plazer
dañoso.*

Vo-

ELEGANCIAS DE

Voluptas ad ea, quæ minus decent, homines allicit, hominibus maiorum esca voluptas est: multi ducent sequentes voluptatem grauitèr offendunt: duce voluptate multi errant miserimè: illecti voluptate, dulcedine voluptatis, blanditiis voluptatum, infortunia subeunt, calamitates adeunt, in miserias incurrunt: voluptate, tanquam dulci veneno, homines pereunt: iucundam ac dulcem voluptatum consuetudinem tristis admodum, & amarus consequitur euentus: sæpe voluptatem excipit dolor, voluptas dolore terminatur, voluptatis exitus doloris initium est.

*Pleyte-
ar.*

Un hermano contra astro pleyteam.

Judiciis turpibus fratres conflictantur.

Poco.

Poco le ha enojado.

Dedi operam, vt cum parce & molliter læderem: non id egi, vt cum grauitèr offenderem, nihil paulo grauius in illum cogitauì, commouere illum leuiter volui, non acerbe vexare.

Poesia

Querria que tornasas a la poesia.

Vellem te ad mantuetiores Musas referres, vellè in termiſſa Poëtica studia repeteres, redires in gratiam cum Musis.

*Poner
en peli-
gro.*

Cesar en la guerra de España y su degra y rieta la gente

Cæsar Hispaniæ bello Pompeij copias in summâs angustias compulit, in maximas omnium rerum difficultates coniecit: eo redegit, vt omnium rerum penuria laborarent, inopia premerentur, conficeretur, pessime acciperentur, vt maximis angustis, difficultatibus versarentur, plurimis incommodis afficerentur, plura sustinerent incommoda.

Sin puedo aprauchar te. no quierop enarte en peligro.

Si tibi utilis esse non possum, incommodare tibi nolo. incommodo tibi esse, incommodo te afficere, incommodum tibi afferre, parere præbere:

Per lo que a mi toce, yo me contento. fole que se haga. sin poneros en peligro.

Quod

Quod ad me attinet, facile patior, modo sine tuo incommodo fiat: modo ita facias ne tibi incommodetur, ne incommodo tibi sis. incommodo tibi sit, contra tuum commodum sit, tuo comodo aduersetur: quod comodo tuo facere possis, sine molestia tua fiat.

Tu la posses.

Posseder.

Est in bonis, fruitur bonis, bona tenet, possidet, fructua capit.

Poderosos son los Venecianos.

Potestad

Venetii opibus, & potentia valent, pollent, vigent, præstant, excellent, affluunt diuitiis, opibus vigent, neque diuitias, neque opes desiderant.

No es costumbre vuestra hazer presentes o dar a nadie.

Presentar.

Donare cuiquam, dona dare, largiri, munus offerre cuiquam, donis quæquam afficere, donare quemquam munere, dona in quemquam conferre, munera conferre, liberalis in quemquam esse, liberalitate uti, liberalitatem exercere non soles, non consueuisti.

Vos dais poco, por que teneis poco.

Parcus es in conferendis muneribus, quia copiarum tibi non suppetunt: angusta est tua liberalitas pro tenuitate copiarum: ideo benignus & liberalis valde non es, quia non valde abundas, non valde copiosus es: qui potest esse prolixa, atq. ampla tua liberalitas, cum angusta sit res tua familiaris: largiris tenuiter, infra modum potius, quam supra modum, quia non satis à copiis paratus es: ideo large non das, quia quod des, non habes.

Prezio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Principio.

Mucho dinero me ha costado mi libreria.

Multorum nummorum est mea bibliotheca, pretij magni est, plurimi valet, magnæ estimationis est.

To he començado ja de entrar en honra.

Ieci fundamenta dignitatis meæ, ingressus in laudem sum.

Vos haueys sido principio de mi honra.

Dignitati meæ præfuit: à te primum fluxit, manauit, profectus est, ortus est, natus est, exiit honor meus:

tu to.

ELEGANCIAS DE

tu meæ laudis origo, fons, principium fuisti.

*Prenof-
tico.* No quiero daros mal agüero.

Nolo tristius quam dicere nolo malis omnibus
hanc rem prosequi, nolo male ominari.

*Procu-
rar.* En tanto q̄ viviere procuraré mosstras q̄ no soy ingrato.

Dum vivam, quoad vivam, quatenus vitam producam,
donec vivere licebit, dabo operam diligenter, id agam
omni studio curabo, enitar, contendā, in illud studiū,
illam curam, vitam illam rem incumbā, id mihi pro-
positū erit in omni vita, eo spectabit animus meus, eā
curæ, cogitationēque meæ referentur, intendetur, eā
mea consilia dirigentur, ut me tibi memorem, gratum
que probeam, parum ut gratiā par pari ut referā, ut in
me gratum animi desiderare ne possis, ut officia tua
paribus à me compensentur officiis: in omni meæ vi-
tæ cursu nihil mihi potius erit, nihil antiquius, res mi-
hi non tam erit vlla proposita, vlla de re laborabo ma-
gis, nulli rei studebo magis, aut serviam diligentius,
quam ut te de me optime meritum esse læteris.

*Prohi-
bir.* De pbroz aprobe muchas vezes el conseguir honra.

Sæpe aditum ad honores intercludit inopia, viam im-
pedit, cursum moratur, sæpe impedimēto fuit, sæpe se-
cit inopia, commissum est inopiæ culpa, ex inopia con-
tigit, ne liceret ad honores peruenire, vel liceret, expe-
dite progredi, procedere, cursum tenere in honorum
via: egestas, rei domesticæ difficultas, rei familiaris an-
gustia, domesticæ difficultates euntibus ad honores
impedimenta obiecerunt.

*Promē-
facum.* Hare lo que he prometido.

Plida. Præstabo fidem meam persolvam promissum: quæ
pollicitus sum, exitu præstabo solvam fidem meam:
tuebor fidem meam: servabo promissa; fidem non fal-
lam. fidei non deero stabo promissis.

*Promē-
simien-
to.* Cumplid yuestra palabra.

Dependendum tibi est quod promissisti: volo res
promissas, promissa servas, fidem tuearis, fidem sol-
vas.

uas, quæ promissisti, re præstes: cum tuis verbis facta cõsentiant: promissa tua exitus confirmet, ne fidẽ tuam fallas, falsa ne fuerint, inania, irrita promissa tua.

Hare loque pudierẽ por Vos.

A me omnia in te studia, atq; officia, quæ quidem ego præstare potero, velim expectes: mea omnia studia, atq; officia tibi polliceor: præsto me tibi semper fore vclim exiltimes, planeq; tibi persuadeas, si quid valebo tibi, hoc editũ ex oraculo puta, hoc tibi confirmo, ac re præstabo, nullũ me studij genus, aut officij, quod in re tuã, sit, quod ad rem, laudem, dignitatem tuam valere videatur, nullo esse loco prætermisurum.

Si bazeyssel viage que haueys determinado, feros ha. Pronocho.

Constitutũ iter si suscipies, emolumentũ, vtilitatis: cõmodi plurimum, præstantem fructũ capies sumes, colliges: valde erit è re tua, valde in rem tuã: tuis rationibus vehementer conducet, in eo tibi maximè consulatur, vtilitas maxima consequetur: vchemẽter expedit, proderit, fructuosum erit: cum fructu, vtilitate, commodo, emolumento, bono rerum tuarum.

Si hallays prõnecho proseguid.

Perge vt cœpisti, tene tuum institutum, tene quem cœpisti cursum: qua ire via cœpisti, ea perge, tuã consuetudinem tuere, ac serua: si tibi vile est, si vtilitas tua ita fert si suadet, vtilitas, si è re tua est: è cõmodo tuo ex vlu tuo: si ratio rerũ tuarum ita postulat, si tibi cõducit, expedit, prodest, bono est, emolumento est, vtilitati est, commodo est: si est vt vtilitatẽ capias, fructum feras, percipias, colligas, si fructuosum est.

Tõ me emplee muy de feras en tu prõnecho.

Toto animo de tuis comodis, ornamentisq; cogitatio tuam vtilitatẽ assidue specto: hæret in animo meo de tuis cõmodis assidua cogitatio, si quid è re tua est, id maxime laboro: tuæ mihi res: tuæ fortunæ curæ vchementer sunt: tuæ rationes quid postulent, nunquam

ELEGANCIAS DE

non attendo: omnis mihi de te, tuisq. commodis cogita-
tio est: tuā vtilitatem meæ spectant cogitationes om-
nes. meas curas ad tuum cōmodum omnes contuli, ani-
mus meus in tua vtilitate fixus & locatus est.

Mutuo le Galio a Ciceron su eloquentia.

Fuit Ciceroni eloquentia summo emolumento, pepe-
rit emolumentum, comoda, vtilitatem, copias, op-
tina quæque, emolumentum attulit, profuit, fructum
dedit, tulit, attulit, comparauit, magnum ex eloquentia
fructum Cicero tulit, cepit, percepit, collegit, consecu-
tus est: admodum Cicero fructuosa fuit eloquentia,
vtilitatis eximia, commodorum neque paucorum, ne-
que mediocrium.

No hay cosa mas provechosa

Nihil est vberius, fructuosius, conducibilius ad vtili-
tatem præstantius, maioris emolumenti, vade plus ma-
net vtilitatis, plus emergat commodi, plus existat emo-
lumentum: nihil est è re magis, nihil magis, ad rem per-
tinet, nihil plurius est, tantum continet vtilitatis, quan-
tum fortasse nulla res præterea, quantum haud scio
an vlla res præterea.

Hoy mio las letras siempre te aprouecharan.

Mei filii semper vlti semper delectationi litteræ tibi
erunt, fructum tibi afferent, & voluptatem in omni
vita, nunquam non vtilis, nunquam iucundæ non
erunt, te semper commodis, semper voluptate afficiet,
iuvabunt pariter, & oblectabunt in vniuerso tuæ vitæ
cursum: vitæ tuæ par, atque adeo longior litterarum vti-
litas, & voluptas erit.

**Pruden-
cia.**

Contu prudencia venieras los miliciosos.

Impetum peritiorum hominum tua prudentia,
tuum cōsiliū, tuæ mentis acumen, & vis eximia frā-
get, debilitabit, irritum faciet, inanē reddet, reprimet,
retundet.

Atuchas vezes los de grãde animo no tienen prudencia.

Sepe qui magnitudinæ animi præstant, prudentia
minus

minus valent: sæpe contingit: euenit, vsu euenit, accidit, fieri videmus, non raro fit, non parum, sæpe fit, vt animi magnitudinem comitetur imprudentia, vt in non nullis magno animo præditis, animo præstantibus, prudentia requiratur, desideretur. *(affertur.)*

Trabajamos de tomar puerto mas el viento contrario lo

Puerum

Portum, rellante vento tenere nō potuimus: portum inire conantes, aduersi venti vis repulit, ac reiecit, ne portū obtinere liceret, cum omni studio conaremur, ventus effecit.

Q *No quadrat esto con lo que vos me haueys escrito.*

quadrat

Non est hoc tuis litteris cōsentaneū, nō conuenit cū tuis litteris, nō cōsentit, nō cōgruit, nō quadrat, discrepat à tuis litteris, diftēdit à tuis litteris, abhorret à tuis litteris, alienū est à tuarū litterarū sentētia.

Vuestra costura con ninguno quadrar, e conuenien.

Cum nēmine prorsus tibi conuenit: tui mores ab omniū moribus abhorrent, aptus nō es, ineptus es, nimē accommodatus ad mores, ad consuetudinem, ad naturā, ad ingenium cuiusquam: nescis vt cuiusquā consuetudine, alienus es, ab omnium consuetudine, ac moribus: non facile tuos mores ad cuiusquam mores conformas: morosus es, nimiumq; difficilis in consuetudine, & vsu: ita te morosum, difficilemq; præbes in consuetudine, ita mores aliorum fastidis, vt nemo se, tu nēmine vt possis, vt neq; tu quenquam, neq; te quisquam ferre possit: vt neq; tu consuetudine cuiusquā, neq; tua quisquam vt possit.

Es Personacalificada.

Honestus, grauis, plenus officij, bonus planē vir, & cū virtutibus, tum etiā fortuna satis ampla ornatus: animi bonis abundat, neq; fortunæ tamē bona desiderat. animi bona multa, nec fortunæ pauca possides.

Qualidad.

Vuestra virtud muere a que todos os amen.

Amandus es propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis, quæ tibi suauitates, tuæ virtutis

ELEGANCIAS DE

amorem hominum cōciliant, adiungunt studia gratiæ
pariunt, comparant, adipiscuntur. (dades.

Quitar Haueys misfrado como se quitan los abbvotos y comuni-
Præclarum exemplum in posterum vindicanda se-
ditionis de Repub. sustulisti.

R

Razona **C**omençara en peço lexos mirazonamiento.

miento Altius paullo rationem repetâ cōsiliorū meorum:
de largo longinqua repetam, ut apertius exponâ consilia mea:
prince- lôge repetam mei sermonis initium, quo pateant illu-
pio. strius cōsilia mea: longinquū exordium capiet hic ser-
mo, quem de meis cōsiliis habiturus sum.

rebelar **V**enueu se ha rebelado.

se. Ad eundem furorem rediit, iterum defecit à fide, &
pristina mente descivit, discessit, abductus est.

Recrear **M**ucho se ha recreado vñestro padre con esta nueua
se. de vñestra honra.

Patrem tuum recens hic de tua dignitate nuncius
allatus extollit lætitia, affectu lætita, perfudit lætitia, læ-
titia compleuit, lætitia cumulauit, pater tuus læticiam
cepit, sumpsit, hausit, lætitiæ affectus, lætatus est, ga-
uissus est, delectatus est, recreatus est, gaudium cepit, iu-
cunditatem hausit.

Quero yr a holgar me a la alqueria.

Rurſus cogito, ut animum relaxem, animi causa, ut ani-
mum parumper à moleſtitiis abducam, ut aliquid iucū-
ditatis degustem, ut aliqua iucunditate fruatur, ut animus
reficiatur, recreetur, parumper acquiescat à curis: ut ani-
mum curis distractum, varièq; dissipatum, recolligā:
ut amissam animi iucunditatem recipiam: ut quæ
mihi negotiorum & curarum odiosa cōsuetudo hila-
ritatem ademit, abstulit, eripuit, in me extinxit, perdi-
dit, eam rerum iucundissimarum aspectu, atque usu
recuperem, recipiam.

Reſtor. **G**ouerno bien la prouincia.

Prouinciā rexit præclare, egregie administrauit
cum

eum laude gessit: magna virtutis, & innocentia fama
provinciæ præfuit: in illius administratione provin-
ciæ summa virtus enituit, in gerenda provincia lau-
des illorū æquavit, quorū nomina propter egregia fa-
cta, singularemque iustitiam perpetuò vivent in animis
hominum, quorū vigebit memoria in omnes annos,
multis testata, expressa, rectè factorū monumentis, quo-
rum memoriam ob iustitiæ præclara facta excipiet, ac-
tuebitur immortalitas.

Procurare de holueren suastra amista d.

*Reconcili-
liar.*

Vt mihi tua voluntas reconcilietur, operam dabo,
enitar, cõtendā, elaborabo, vt gratiā mihi tuā meo me-
rito restituas, vt amissam recolligā beneuolentiā tuā, vt
te mihi reddas, vt mecum in gratiā redeas, et te mihi re-
cõciliē, vt animus tuus, qui erat antea, idē in posterū
erga me sit: vt sis in me sicut antea animatus, vt si quid
alienæ opinionis, aut parum amicæ voluntatis aduer-
sum me suscepisti, deponas, abiicias.

He me reconciliado con mis aduersarios.

*Reconcili-
liado.*

Cū inimicis in gratiā redij, recõciliatus sum, reiecto
odio me coniunxi, pacē coitui inimicitias, similtates,
odia deposuimus, abiicimus, omnē veterū iniuriarum
memoriā omnē vlciscendi voluntatē ex animo dele-
uimus: pulso odio successit amor: odium amore com-
mutauimus: depositis odiis, mutuam beneuolentiam
suscepimus: orta est inter nos, velere prorsus extincto
odio, mutua beneuolentia, animorū nostrorū in amo-
re mutua consensio, ad amandum mutua propensio:
animorum ac voluntatum similitudo.

*Refres-
car las
ligas.*

*L'omisno pone Manuicio en el capitulo Tornare in
amicitia, per oporquo dize alle. Vede la parola Rappaci-
ficarsi no hago capitulo dello.*

*Regirse
por volu-
tad ago-
na.*

Hauys me renouado mis congoxas.

*Regirse
de goner
nar.*

Dolore meum refricasti, sopitum excitasti dolorem
meum, quem dies iam pene sanauerat.

Rigesto por parecer ageno.

ELEGANCIAS DE

Video te auferri aliorum consiliis intelligo, sentio, non te tuo duci, sed alieno abduci consilio: non tuum iudicium sed aliena consilia sequi mihi videris; non ipse te in consilio adhibes, non ipse te audis, non ipse tibi pares, morem geris, obtemperas, obsequeris, assentiris, sed alieno uteris consilio, aliena te consilia regunt ab alienis consiliis voluntas tua pendet: non ipse tibi dux es, verum alios sequeris.

Rehazar

La virtud te rehara lo que te ha quitado la fortuna.

Quod a fortuna dandum accepisti, tulisti, refarciet, compensabit virtus: medebitur tuis malis virtus: quo te fortuna coniecit, quibus te afflixit fortuna, quibus te calamitatibus implicauit fortuna, tuis te virtus expediet, ut acerba fortunam sensisti ista dulcem, ac suauem virtutem experieris: quantum detrimeti, incomodi, calamitatis, malorum a fortuna tulisti totos a virtute, atque adeo maiores fructus capies, percipies, feres, colliges.

Relatar

Hombres muy honrados me han relatado lo que haueys dicho.

Tuus ad me sermo per homines honestissimos perlatus est: tuum ad me sermonem detulerunt homines honestissimi, mihi significarunt, aperuerunt, narrarunt ipsa mihi verba tua exposuerunt.

Remunerar.

Nunca podre pagar estas mercedes.

Nullam vnquam tuorum meritorum partem assequar: nunquam non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia tuum beneficium consequar.

Yo pagare cumplidamente lo que por mi haueys hecho.

Qui tibi ex me fructus debentur, eos vberime capies, percipies, ex me colliges, feres: remunerabor te, remunerabor tua merita, reddam beneficia, parum gratiam referam, tuis beneficiis respondebo, quae debeo soluam, eo, quo premor, tuorum beneficiorum onere leuabor, beneficia beneficiis compensabo: probabo me gratum, ac memorem paribus officiis: cumplate tuis in me meritis satisfaciam, quae in me contulisti, eadem recipies, aut paria laxabo me quasi vinculis quibusdam, si plane soluere non potero, beneficiorum tuorum.

Procurare quætingas videri, delectanda.

Repos.

Præstabo tibi otium, efficiam, vt quiete fruaris, vt quiete agas, quiete viuas, quietam vitam ducas, vt summa sit rerum tuarum tranquillitas, summa tui animi quies: vt otio tibi frui liceat, otiose viuere, otiosam vitam ageres, peragere, ducere, traducere, viuere.

Obligado es cada vno a mirar el biẽ comũ como suyo proprio

Repub. blica.

Debet vnusquisq. suam voluntatẽ ad publicam causam aggregare; Rempub. curare, Reipub. curationem habere, Reipub. rationibus consulere, et studio debemus, quo rem nostram familiarem, quo fortunas nostras, quo priuata comodã tueri, complecti, fouere solemus: vnusquisq. etque publicam rem curet, ac priuatam.

Si en duda es de tener y el principal asseco en esta Republica

Repub. blica.

Nod dubito, quin summum atque altissimum gradũ ciuitatis obtineas.

(Publica

Mucha honra gano vuestro padre en gobernar esta Re-

Pater tuus eximiam ex hoc magistratu laudem collegit, cepit adeptus est, consecutus est, præclare pater tuus hunc honorem gessit, egregie se pater tuus in hoc munere tractauit, pater tuus hunc magistratum pro sua, reiq. publicæ dignitate administrauit.

En esto reprehenden los Stoicos al Epicuro.

Reprehē der, Si de encul par.

In hoc Epicurum Stoici malè accipiunt, exagitant, insectantur, conuitiis vrgent, carpunt.

Reprehenden me en culpa me.

Vitio mihi dant, vitio vertunt, fraudi tribuunt, hoc in me conferunt, hoc mihi adscribunt, hac me culpa condemnant, hanc in me culpam conferunt, huius mihi culpæ notam inurunt, hoc me nomine accusant.

En mucho os tendran si venceys vuestros contrarios.

Pulcherrime stabis in Senatu, si tuorum aduersariorum sententiam fregeris, locum obtinebis honestissimum in Senatu, magna tua erit in Senatu exultatio.

Quanto mas persiguido fereys, alouçareys mas lustro

Reputa cion.

Illustrabit amplitudinem tuam inimicorum iniu-

ELEGANCIAS DE

ria, quo plus ad te oppugandum studij conferent inimici tui: quo erit grauior in te impetus inimicorum tuorum, quo studiosius euertere te, ac tua commoda conabuntur, quo acrius, ac vehementius in te irrupent irruent, incurrant, inuadent, impetum facient, impreſſionem facient, suas vires intendent, suos nervos contendent, sese immitent, eo maior ad tuam existimationem fiet accessio, eò plus accedet ad tuam laudem, eò clarius tuae splendor dignitatis elucebit, eò clarior atq. honoratiores uades, eò tua laus fiet illustrior, eò magis augebitur, amplificabitur, extolletur, illustrabitur honor tuus, eò sublimius tui gloria nominis ascendet, extolletur, effertur, euehetur: eò plus amplitudinis, dignitatis, gloriae, laudis, existimationis, honoris acquires, obtinebis, assequeris, consequeris, adipisceris, tibi parabis, tibi paries, tibi comparabis.

En poto es tenen.

Prorsus iaces, nulla tua existimatio est, nullum apud homines locum obtines: nullo loco es: nullus es: nullo in honore es, nullius te praeſij homines ducunt.

Regir la Republi ca. *Quien osara emprendre el cargo de la Republica en tiempo tan peligroso.*

Quis Reip. attingere, Reip. capeſſere, suscipere, tractare, ad Reip. se conferre audeat, tot periculorum metu proposito, qui sibi tot impendere, imminere pericula intelligat! Quis operam Reip. dare, in Rep. versari, Reip. gerere, administrare, ad Reip. sua studia conuicere, tot periculis impendentibus, imminentibus, animum inducat, facile ac libenter velit?

En el gobierno de la Republica, conuienen siempre tener la justicia delante los ojos.

In administranda, tractanda Rep., in administratione Reip. ius, honestum, rectum tueri spectare, sequi, nihil praeterea debemus.

Gran pesar tiene algunos de verme honrado en esta Republica.
Sunt, quos meus in hac Rep. splendor offendat, quos

quos mea dignitas urgeat, uraturque, exerceat, pun-
gat, grauius afficiat, quibus dolori sit honor meus, quos
amplitudo mea ledat, malè habeat, dolore, molestiaque
afficiat.

Tase que soy muy principal en esta ciudad.

Non dubito, quin summum atque altissimum gra-
dum ciuitatis obtineas: nulla me dubitatio tenet, nihil
mihi dubitationis relinquitur, non est cur dubitem,
quin ea consequaris, quæ in Repu. putantur esse amplis-
sima: quin futurus in ciuitate sis honestissimus, amplis-
simus, eximius, honestissimo loco, summo loco, singula-
ri loco.

Henraos hazen todos.

Gran suenta tienen con vos.

Vales auctoritate apud tuos ciues: magnus atq; hone-
stus es in ciuitate, magno es in honore, ac nomine a-
pud tuos ciues, magni te facit patria tua, multū tibi de-
fert, multum tribuit.

En pocas dias haueys subido mucho.

Paucorum dierum studio consequutus es, vt aliquo
numero esses, vt aliquid haberes inter homines hone-
statis, vt aliquem inter homines locum obtineres, vt
aliquo apud homines loco esses, vt aliquam tibi addis-
ceres existimationem, ne prorsus iaceres, ne planè ig-
nobilis, obscurus, vilis, abiectus, nullius honoris, ac no-
minis esses: ne nullus omnino esses: ne nullo planè loco
esses, ne tua esset inter homines obscura, aut infima cō-
ditio: parumper te honestauit, aliquo te in numero cō-
stituit, aliquem tibi locum tribuit, comparauit, peperit
paucorum dierum studium.

La reputacion.

Existimatio, dignitas, honestas, honor, optima fama,
amplitudo honesta opinio.

Mucho estiman los libros que compones.

Libri tui omnibus videntur: egregia de tuis libris o-
pinio est, existimatio est: placet de tuis libris om-

ELEGANCIAS DE

ne existimant, sentiunt, iudicant: tui libri magno apud omnes in honore sunt, omnium iudicio probantur, laudibus, ac testimoniis ornantur, in manibus sunt, in manibus habetur, manibus teruntur, siue fouentur, circumgestantur, circumferuntur, assidue tractantur, diligenter euoluuntur, ac studiosè lectitantur.

Reputa. *No me tengo yo por tan anisado.*

Hoc mihi non sumo, non assumo, non arrego, non adfisco: ad hunc me sapientiæ gradum peruenisse nō puto: eam mihi sapientiā contigisse non sentio: fateor eò me sapientiæ non peruenisse, ea me sapientiā non esse, non usque adeo me sapere: non ita mihi placeo, non ita mihi assentior, non eam de me opinionē suscepi, non ita me effero, non mihi tantum tribuo, nō in me tantum statuo, pono, loco: non ipse mihi tantum sum non ita valde me amo, nō ipse me tantum facio, estimo, pendo, puto, reputo, duco.

Resister. *He resistido a su desenfrenada codicia.*

Improbā illius cupiditatē refutaui, repressi, retudi, fregi: obieci me, opposui illius cupiditati, libidini, intēperantiæ: feci, atq. effeci, ne posset cupiditati suæ satisfacere, libidini obtemperare, inique cogitata perficere, improba consilia ad exitum perducere: longiūse cupiditate processisset, nisi ego incurissem, occurrissem, obuiam fuisset, impediissem, impedimento fuisset, impedimenta obiecissem: rapiebat eum cupiditas, ego repressi, efferebat eū libidinis impetus, ego modū statui.

Respeto. *Por tu respeto me duelo.*

Tua causā doleo, dolor meus à te est, prouenit, proficiscitur, manat, fluit, tu paris dolorē meum, tua causā fit ut doleam.

El se perdió por no tener respeto a quien era obligado.

Cecidit, concidit, perditus est, extinctus est, periit, exitium, perniciem, ultimam calamitatem subiit, sustinuit, tulit, perperus est, sensit: extremam fortunam subiit, adiuit, sensit: deductus est in miseram vitam.

summas

summas miseras, summas calamitates, durissima quæque, acerbissima quæque, miserrima quæque, postrema quæque, quia quos maximè debuit, eos minimè veritus est, contempsit, nihili fecit, aspernatus est, nullo loco habuit, minimi duxit, habuit in postremis, quos minimè debuit, quos minime æquum erat, nullam rationem habuit, duxit eorum voluntatis, aut commodi, à quibus pendere, quorum voluntatem remque spectare, quibus consulere, quorum rationibus consultum velle debuit, quorum voluntati parere, obsequi, morem gere re officio cogebatur.

Huelgo mucho en la ribera de la mar.

Ribera.

In maritimis facillimè sumi iucundè versor in maritimis, maritima loca cum voluptate frequento, maritima regione libenter vtor, in ora maritima versari, iucundum est, maritima sedes me capit, oblectat, tenet, pascor maritimæ regionis aspectu: meis oculis regione maritima nihilest iucundius: miram haurio iucunditatem maritimæ regionis aspectu.

Tiene mucho dinero.

Rico.

Bene nummatus est, bene peculiatus, bene paratus à pecunia, instructus à pecunia, abundat nummis, copiosus est pecunia, minimè pecuniam desiderat, multum habet in arca, refertus est pecuniis: pecuniæ illi multum est, pecuniæ multum possidet, magnam auri vim, argentique possidet, in numerato multum habet.

Poco dinero corre.

Incredibiles pecuniæ sunt angustia: mira penuria nummorum est, summa nummorum difficultas est, pecuniæ minimum tractatur: usus pecuniæ prope nullus est.

Ricos estan los Mercaderes de Florencia.

Rem possident bene magnam, amplissimam, vberissimam, copiosam in primis Mercatores Florentini, divitias tenent summas, divites oppido sunt, locupletes, opulenti, copiosi, à re parati, instructi, firmi, bene nummati,

ELEGANCIAS DE

mati, bene peculiati, ampla res est, prolixa, copiosa, minime angusta, bene multa. mercatoribus Florentinist: ampla re vtuntur, prolixa, copiosa, bene multa.

De myrico facil mēte pūedo vno venir a ser muy pobre

Quæ nobis fortuna largitur, detrahi, eripi, adimi, auferri, mutari facillè possunt, admodum incerta, initaliblis, dubia, infirma diuitiarum possessio est: vsum diuitiarum nemo sibi certum, ac perpetuum potest promittere: quis præstare possit, diuturnam fore diuitiarum possessionem?

Quiē podrā por rīco q̄ fūesse sustentā tan gran gāstor

Quis ita firmus ab opibus est, quis ita fortune bonis adiuuit atq; abundat, cuius tantæ diuitiæ sunt, quis tantum possidet diuitiarum, quis opibus aded pollet, cui res familiaris ita copiosa est, cui tantum fortuna largita est, de suis bonis imperitui communicauit, vt sustinere sumptum possit? vt respondere sumptui possit? vt sumptum ferre satis possit? vt quantum res postulat, tantum facere sumptum, tantum erogare possit?

El era asīaz rico.

Satis erat diuitiis instructus, munitus, paratus à re, res erat ei familiaris satis ampla: satis habebat, satis possidebat diuitiarum, satis ei diuitiarum erat, minime erat ei angusta res domestica, satis valebat opibus.

Decente por allā lo que quis fiores, solamente bueluas rīco a la patria.

Serius potius ad nos, dum plenior, instructior, copiosior, ditior, locupletior, opulentior, à re firmior, à diuitiis instructior, ab opibus paratiōt.

Tengo de cobrar dinere por cambio.

Pecunia mihi ex permutatione debetur.

Robar el campo *Dize se q̄ los enemigos nose corrē la tierra talādo los cāpos*

Decursionibus hostium audio regionem infestari, vastari, loca diripi, excurrere hostes audio, & loca diripere, incurrere hostes in regionem dicuntur, & ex ea prædas agere, eam damnis afficere, rapinis exhaurire,

sire, exinanire, vastare prorsus ac perdere. (Ibid. Rogar.

Tu os ruego quā en carceridamē te puedo por nūestra amisi-

A te maximopere pro nostra summa coniunctione etiā atque etiam peto; & quāso: precibus tecū agō quā possum diligentissimis, rogo re quam studiose possum; da mihi hoc largire: sine me hoc à te impetrare, hoc in me confer grātiam: noli pati meas esse irritas & inanes preces, sit apud te meis precibus locus, exaudi, exopte meas preces: ne me rogantem suppliciter à te reicias, meis precibus facilem te prabe.

do.

Rogame humilmetē, y casi llorando, te cūplieſſe lo prometi

Meam fidem implorauit: suppliciter me cūm regis rogauit me quam suppliciter potuit, ut fidem praestarem, tuerer, seruarem, soluerem, ut starem promissum ut in fide per manerem, ut promissa perfoluerem.

Tiene hermēsa cara esſe dama.

Facie liberalis est, facie liberali: facies ei liberalis est, pulchra, formosa, quae admodum alliciāt: quae amorem conciliet.

No eres plático: poca experēcia tiēnos, no eres unifedo

Rudis es, imperitus, nullius experientiae; vsu minime doctus, vsu expers, rudis in rebus, nouus, tanquam hospes, planè peregrinus, ab vsu rerum imperitus, parum versatus in rebus, rerum insciens, ignarus, expers: peregrinatus in rebus, res non tractasti, experientia vacas, vsu non habes.

S.

Bien informado estoy de tus cosas.

Noui, cognitū habeo, probe teneo statū rerum tuarū: qui sit rerū tuarū status optime scio; praclare noui, egregio intelligo, de tuis rebus planè mihi constat, exploratū est, exploratum habeo, cōpertum habeo; mihi dubium non est, absconum non est, non me fugit, latet praeteri status rerum tuarum.

Tened por cierto que os el mejor amigo que tenēis.

Sic habeto, illum nemini concedere, qui te magis ex

animo

Rostro
fingido,
vide en-
gañar.
Rostro
hermoso

Rudo.

Saber.

Saber de
cierto.

ELEGANCIAS DE

animo diligit, te illi neminem esse cariorum, neminem illo esse ad te amandum propensiorum, singularem illius esse in te beneuolentiam, summam in illo esse ad te amandum animi propensionem, velim sic habeas, pro certo habeas, planè credas, tibi persuadeas prorsus animum inducas, in animum inducas, cum animo tuo cõstituas, pro certo habeas, pro explorato, pro comperto, oraculi loco, minimè dubites.

Sabiduria.

A un sabio como vos le esla muy bien confesur, que la verdadera alabanga nace de la virtud.

Tux sapientiæ est, veram laudem in vna virtute positam existimare: pertinet ad sapientiam tuam, spectat ad eam sapientiam, qua tu excellis: est eius sapientiæ, quæ in te elucet, viget: tuum est, qui sapiens, & habetis, & es: qui sapientia præstas, abundas, in quo sapientiæ plurimum est: virum sapientem, qualis es tu, decet animum inducere, pro certo habere, sic habere, ita credere, existere veram laudem, nasci, fluere, manare ab vna virtute, verum decus in vna virtute situm esse, locatum, constitutum, solidam gloriam non aliunde, quam à virtute, pendere.

Sagax, & caute lo.

Animo so era Alexandra en batalla, pero no sagax.

Animi vim, magnitudinem, præstantiam ostendebat in præliis Alexander, consilium in vitandis periculis ei de erat: animum in Alexandro pugnante laudares, animi virtutem laudibus efferes, consilium & prudentiam in periculis desiderares, requireres: consilij non habebat satis Alexander ad vitanda, effugienda, declinanda, cauenda pericula, animo quidem in pugnis excellebat, fortem in pugnis animum gerebat, forti animo pugnans pugnabat, prælia tractabat, rem gerebat in pugnis.

Salir.

Nunca sales de vuestra camera.

Numquam egredieris cubiculum, pedem è limine cubiculi numquam effers, extra cubiculum nemo te vquam vi let perpetua tibi sedes cubiculum est.

T a h e

Ya he salido de un grandísimo trabajo.

Perfunctus sum labore grauissimo: labori finē feci: finem imposui: laborem terminaui, ad finem, ad exitum perduxī: laborem sustinui, quoad oportuit.

*Salto
de fatiga.*

He dado salud, o libertad a mi patria.

Patriam seruauī, patriam ab exitio vindicaui, patriam incendium extinxi, salutem attuli, peperī, dedi patriæ, opera mea patria stat, cadentem patriam sustinui, labantem confirmaui, labentem excepi, ego salus patriæ fui, à me salutem accepit patria, patria in ab exitio, à perniciē ab interitu, à peste eripui, liberaui, tutatus sum, patriæ mala sanaui, patriæ salutem attuli, incolumitatem peperī, pestem abstuli: grauiter laboranti patriæ opem tuli.

Salud.

To besolas manos de Sim. por la que me ha becho, en saludar de mi parte a bulano.

Saludar

Quod eum saluere à me iusseris, meo nomine saluaueris, quod ei meis verbis salutem dixeris, amo te plurimum.

(camante.)

Saludar

Los saltadores de subito, o sin ser vistos, acometen al

Latrones ex insidiis, ex occultis locis, subito, repentino, improviso, nec opinato impetu viatores aggrediuntur, adoriuntur, inuadunt, petunt, viatoribus inuadunt, in viatores inuadunt, irruunt, impetum faciunt, impressionem faciunt, incurrunt, insiliunt, sese immittunt sese iniiciunt, sese inferunt.

Con dificultad curan los que se orden comen.

Sanar, o curar.

Non facile conualescunt, quibus neque quantum comedant, neque quid comedant, curæ est: qui quod comedunt, neque quantum, neque quale sit, animaduertunt: quibus omnem in cibus modum, omne iudicium, omnem prorsus rationem gula eripuit: quibus neque modus edendi, neque vlla deligendi cibi ratio est: qui & plus appetunt in menta, quam satis est, & ex eo genere quod obfit.

Sano esloy.

Sano esto y.

Bene

ELEGANCIAS DE

Bene me habeo: mihi bene est, satis commodè, satis
bellè habeo: bene valeo: commodè valeo: valetudine
bona utor mihi est, et volo: quales cupio vires possi-
deo, viribus utor firmis: roboreis, virium, valetudinis
habeo satis.

Sagar. *Toda la tierra, o región he suya, ade.*

Provinciam diripuit, vultavit, depredatus est, rapi-
nis exinanivit, exhaustit, prædas egit de provincia.

Satisfacer con todos. *Todos de lo andran a bien, si lo hazes.*

Quilibet approbantibus hoc facies: nemini non
satisfeceris hoc tuum factum nemo reprehendet, ne-
mo non probabit, nemo erit, qui non probeat: hoc tuo
facto letabuntur omnes.

Segunda razón. *No lo suffre este tiempo.*

Tempus non fert, non permittit, non concedit,
non patitur: alienum est, parum aptum, adversum anni
tempus, non licet per anni tempus, pugnat cum ipsa
re temporis ratio, aliud planè tempus res postulat, desi-
derat, requirit, rei maturitas non adest, non conuenit
cum re tempus.

Secretamente. *Algunos ha, que asquieren mal de secreto.*

Nonnulli sunt in te obscurius iniqui.

Seguir el tiempo. *De sabios es acomodar se al tiempo.*

Tempori cedere, necessitati parere, res ad tempus
accommodare, uti tempore, quæ tempus postulet, ea
servare, atque exequi, sapientia est, sapientia est, sapien-
tis est, decet sapientem, ad sapientem pertinet, qui tem-
pus consulit, qui rationem temporis habet, qui nullam
rem agit, quam tempus improbare videatur, is vero
sapientis est, hunc verè sapientem dicas, sapientem qui
hunc appellet non erabit.

Segunda razón. *En segunda cosa q me consuela es, el acordarme de mis
desdichas passadas.*

Secundo loco me consolatur recordatio meorum
temporum: altera est ratio quæ mihi solatium affert,
præbet, parit, solatio est: alterum illud est quo susten-
tor, ac

torac recreor: illa est, quæ me consolatur, altera ratio: accedit illud ad animum meum sui entandum: deinde sustentor meorum malorum memoria.

Siendo tu virtuosissimo, no te odra da arte la fortuna. *Seguro.*

Fortunæ vim tuæ virtutis amplitudo vincit: munisti te virtute contra fortunam, sepius es virtutis præditi aduersus impetus fortunæ, nihil tibi nocere, obesse, incommodare, cum virtute, viuisti, virtutem colens, fortuna potest tutus es a fortunæ iniuriis. securam vitam ducere tibi licet, quia cum virtute viuisti: non tibi casus impendent humanæ vitæ, qui virtute excellas, quem virtus tueatur, tegat, protegat, muniat.

¶ Teo tus cosas muy semejantes a las mias. *Semejanzas.*

Rerum mearum imaginem video in rebus tuis: plañe res meas in tuis agnosco, res tuas nihil à meis intelligo differre, nihil discrepare, congruunt res tuæ cum meis; rerum nostrarum eadem ratio est, nulla dissimilitudo, qui tuas res intuetur, meas intueri se dicit: tuæ res nihil differunt à meis, inter res nostras nihil inter est: nihil est, quo res tuæ differunt à meis.

No hay señorio tan grande q̃ la fortuna no lo abaxe. *Señorio.*

Facile summos hominum principatus fortuna delet, euertit fortunæ vis opulentissima regnat: nulla est potestas tanta, quam fortunæ potestas non exsuperet, quæ fortunæ potestati non cedat, quæ fortunæ viribus frangi non possit: paruo negotio summos dominatus fortuna tollit, extinguit, labefacit, euertit.

El muerto ninguna cosa siente. *Sentido perdido.*

Nullus in morte retinet sensus, mors nullum habet sensum: mortui sensu carent, mortuis nullus inest sensus: extra sensum mors est, sensus à mortuis abest, morte sensus amittitur, sentiendi vis morte extinguitur.

Apollonio seruia bien a Crasso en sus estudios. *Servicio en el estudio.*

Erat Apollonius ad Crassum studia vehementer ap-
tus. optima suis in studiis Crassus Apollonii opera
d.o.

ELEGANCIAS DE

vtebatur, egregiam Crasso in studiis operam nauauat. Apollonius erat Apollonius uilis Crasso in studiis ad modumq. commodus: vtebatur multum Apollonio Crassus, fructum Crassus in suis studiis capiebat opimum ex opera Apollonij

Servir a Dios. Aquel va camino seguro que se emplea todo en servir a Dios.

Qui se Deo dicat, addicit, dedit, totum tradit, optimam partem elegit, rectam init viam, cursum capit laudabilem, preclare vitam instituit, egregie sibi consulit, sapienter facit: qui se ad vnum Deum confert, qui suas omnes cogitationes, omnia studia in vno Deo figit, ac locat: qui ab vno Deo pendere vult, qui vnum Deum curat, contemnit cetera, qui diuina studia, preterea nihil colit, qui Christianam pietatem non comuni, vulgariq. instituto, sed proprio quodam studio, propria quadam mentis inductione complectitur, is omnium optime suis rationibus consulit, ac prospicit.

Bernicio En toda cosa soy obligado a servir a D.m.

Omnia tibi studia, omnia prorsus officia debeo, tuis beneficiis prestare cogor tua causa, quidquid possum, quantum consequi viribus possum, quantum est in me fitum: tua in me beneficia, necum omne studium, meum officium, omnes à me curas, omnem industriam, omnia deniq. quæ in me sunt, non solum poliulant, verum etiam exigunt. Quid est, quod ego tua causa non debeam? obsequi tuæ voluntati, morem gerere, parere, interuire prorsus in omni re debeo.

Serviez a todos. Este auerigua los pleytos en diuersos puebls.

Singular. pa, vide innocente. Modo in hoc, modo in illo oppido forum agit, ius dicat, litigantes audit, res iudicat, causas cognoscit, iudicat de controuersis, disceptat, ius administrat, distribuit.

Sim daño euestro. Volo tãgo por bien solamente se haga sin daño euestro.

fixo. Quod ad me attinet facile patior, modo sine tuo incommodo fiat: modo ita facias, ne tibi incommodetur, ne incommodo tibi sis, incommodo tibi sit, contra tuum

commodum sit, tuo commodo aduersatur, quod com-
modo tuo facere possis, commodè facere possis, sine
molestia tua fiat.

Camilla libro a Roma quando los Franceses la tenían cercada.

*Sitiada
o cercada.*

Camillus urbem Romam obsidione Gallorum exem-
mit, liberauit, ab obsidione vindicauit, ex obsidione eri-
puit, oblectam septam, copiis Gallorum vndique cin-
ctam, oppressam liberauit, in libertatem restituit, liber-
tati restituit, libertate donauit, liberam reddidit, serua-
uit, seruauit incolumè, saluam, incolumemque reddi-
dit, salute atque incolumitate donauit. Gallos urbè ob-
sidentes, obsidione p̄mentes, urbis libertati, castris cir-
ca collocatis, imminentes, obsidionis corona cingen-
tes, circumfidentes castris positos, ad urbem sedentes ex-
pulsit, eiecit, in fugam conuertit, fugauit, dissipauit, fu-
dit, summouit.

Siti a Padua.

Apud Patauium castra posuit, locauit, constituit, fe-
cit, metatus est, castramentatus est: Patauium obsidio-
ne cinxit, obfedit, suis copiis, suo sepsit exercitu.

Le ceras arriba a la bo. a 105. linea 34.

La piedad diuina facilmente ayuda a los afligidos.

Afflictos facillè diuina pietas excitat, egentibus opè
fert, miseros subleuat, desperatione debilitatos confir-
mat, fulcit, sustinet, laborantibus subsidio est.

Los mas valientes soldados murieron.

Periere milites virtute prattantes: interiit egregiam i-
litum manus, fortitudine excellens, cuius virtuti com-
mitti multum posset: flos exercitus, & robur vniuer-
sum, sobolesq. militum cecidit.

Sospecharan que era poco leal.

Venies in suspicionem infidelitatis, parum bonæ
sincere, recte fidei: tua fides in suspicionem addu-
cetur, indubium veniet, in dubium vocabitur: erit
sur de tur fide non vere homines existiment: suspectus

*Sobop-
nar.*

*Socoro-
rer.*

*Soldad-
dos.*

*Sospe-
char.*

*Sobernio
Se a ab-*

cino.

ELEGANCIAS DE

eris nomine infidelitatis causam afferes de tua fide se-
cus existimandi

*Sufrir.
Cide 29
poder su
frir.*

No puedo sufrir la necesidad de algunos.

Nonnullorum stultitiam non facere feros agre susti-
neo haud satis aequo animo feros adduci non possum.
inducere animum non possum. inducere animum mi-
nime possum. a me ipso non queo impetrare. detrah-
tias nonnullorum ut animo non iniquo feram.

*Subita.
mente.*

Sin tardar hare lo que me haueys encomendado

Confestim, e vestigio quam primum. statim actutum;
primo quoq. tempore, illico. hic e mora, sine cunctatio-
ne, nulla facta mora, nulla interposita mora, omni pro-
fus abiecta mora, ne minimo quidem spatio temporis
interiecto exequar tua mandata, quod mandasti perfici-
am, tuis mandatis parebo, effectum dabo quod man-
dasti. prestabo quod te mandatum est.

Tolo hare depresso.

Rem aggrediar sine mora. absque mora, statim, con-
festim, e vestigio. nulla mora facta

Successi

*En el vocablo incontinentemente dilatalo en fmo Manu-
eio en el Tesoro, mas no en Latin. 94.*

Creo que se a en este negocio lo que yo espero.

Exitum res habebit, mea quidem ut spes fert. exopta-
tum, felicem, quam enim volumus, optamus, res ex animi
nostri sententia succeder. successu res quo volumus co-
concludetur, ac terminabitur. euentus rei. erit optimus,
evadet res quo volumus, non aliter cadet ac volumus:
sequetur id, quod optamus, optatis fortuna responde-
bit. rem consequetur exitus, euentus. finis optatus.

Figuran de ti segun el fin del negocio

Ex euentu homines de te existimabunt, rei exitum ho-
minum iudicia consequentur: ut res cadet, ut suc-
cedet, ut eueniat. ut ceciderit, ita de te homines iudi-
cabunt: qualis erit finis, exitus, terminus, euentus
conclusio erit, talem de te opinionem homines susci-
piant, congruent cum exitu rei, consentient in vitam
que

que partem hominum de te iudicia,

Ne se que fera.

Quid casurum sit sequenturum sit, quid cadere, quid consequi possit, ignoro, non dispicio: qui i tempus latum, sit exploratum non habeo: latens me quæ, nati sci possunt futura me fugiunt, non allequor ea, non allequor coniectura, diuinare non possum, aut mente percipere, que ferres, parere, patefacere dies ipsa potest. futuri casus aperti mihi non sunt, mihi non patens, me fugiunt, pretereunt latens.

Temo qd no succederà tuis est edios como todos o spera uamos.

Vereor ne quam de tuis tu tuis expectationem concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis: vereor, ut studia tua expectationi hominum respondeant timeo, ne studiorum tuorum euentus ab hominum opinione differat, altius atque expectatur exultat: timeo, tuis studiis non is, qui expectatur, exitus contingat: in agnam dubitatio tenet, ne non eum, quem homines expectant, studia tua fructum ferant.

Desso que te succeda como desso as

Quod actum est, Diij approbent, succedat ex animi sententia optimè, egregie, præclare cadat, procedat, optatum finem sortiatur, exitum habeat cum animo tuo congruentem, quem vis euentum ferat: acta Diij fortunent, confirment, rata esse velint.

Creo que mi negocio vendra al fin que ya espero.

Puto fore, ut rem ex sententia geram, feliciter expediam, conficiam, ad eum, quem volo, exitum perducam, felici exitu concludam, efficiam, opinor, ut tres optimè succedat, ut exitum res habeat, qualem optamus, ne res contra quam volumus, succedat, ne quid aduersi contingat in re, ne sit infaustus, aduersus, alienus à nostris voluntatibus, alius atque volumus, exitus rei, euentus rei, rei finis ac terminus: spero futurum, ut in hac re meis optatis fortuna respondeat, cum animo meo fortuna consentiat, ab animo meo fortuna mini-

ELEGANCIAS DE

mè dissentiat, nihil aduersi fortuna obiciat, nequa quæ fortuna repugnet, resistat, obstitat, aduersetur, sese opponat, suam vim obiciat, impedimentum vllum iniiciat, occurrat, obuiam erat: futurum existimò, vt in hoc secunda, facili, prospera, propitia, per benigna fortuna vitamur.

Dios te de buen sucesso.

Quod actum est, dii approbent, fortunent, secundent, bene velint succedere, felicem ad exitum perducant: dii faxint, vt id quod factum est, felix, faustumque sit, optimè succedat, prosperum habeat euentum: dii faueat, probent, ratum esse velint, actum feliciter, quod actum est: vtiam ex hac re contingant ea, quæ cupis, optata omnia contingant, nihil contra voluntatem eueniat, omnia secunda fluant, summa felicitas emanet.

Superfluo.

No havia necesidad de vuestra excusacomigo

Superuacanea fuit tua apud me excusatio, officium excusandi sine causa suscepisti: non erat cur te excusares, causam excusandi nullam habuisti, minime necessaria fuit excusatio tua: tuam excusationem non desideraba, non requirebam, non expectabam.

T

*Tardan
to.*

No os detengays, si veys modo para alcázar el reyno.

Si tibi certum est, si habes exploratum, si pro certo existimas posse te illius regni potiri, cunctandum non est, differendum non est, producenda res non est, proferenda, proroganda, protrahenda, extrahenda, longius ducenda, sine mora, sine cunctatione, sine vllò temporis intervallo aggredienda res est, tentanda, incipienda: facienda mora non est, interponenda mora nulla est, omnis est abiicienda mora, immorari, cunctari, lente agere, in formire non oportet.

*Tarde
se haze.*

Ta anochese.

Ad uesperas est, vespertinum crepusculum ad est, nox adueniat, lucem tenebræ pellunt, vespereum appropinquat

quat. dici iam succedit nox, dies abit, nocte aduentat.
 te, cedit iam nocti dies.

Hancys me quitate todo el temor que tenia.

Temor.

Absteristi mihi omnem metum, omnem mihi metum
 exemisti, omni me liberaisti metu, effecisti, vt omnem
 timorē deponerem, vt auderem, forti animo vt essem,
 vt animo vigerem, ne quid timerem, vt metu vacare:
 animum meum confirmasti, ad fortitudinem reuoca-
 sti, afflictum excitasti, factum a te est, vt animus meus,
 qui iacebat, exurgeret, excitaretur, erigeretur effecisti
 vt animus meus sese colligeret, atque confirmaret, ro-
 borisq. multum reciperet, languebat antea meus ani-
 mus, tu vt valeret, ac vigeret effecisti.

To te quieró librar de temor.

Abstergere volo animi tui metum, leuare te metu, li-
 berare metu, a metu abducere, metum expellere, reice-
 re, auferre, animum confirmare, constituere, efficere ne
 quis animum tuum metus perturbet efficiat, commo-
 ueat, exagitet.

Soy temeroso, o couarde.

Temero

Exigui, pusilli, infirmi, imbecilli animi es, infirmus
 ab animo es, animo iaces, iacet animus tuus: roboris ac
 neriorum in animo tuo parum est, nimium demisso,
 nimium imbecillo animo es: animum tibi sine animo
 est, adest animus ab animo tuo, facile commoueris, fa-
 cile animo concidis, langues animo, languet animus
 tuus. animo non viges, non viger animus tuus: animum in
 te desidero, requiro.

so.

Al

*Temor tengo ne es enaño la esperanza que tenemos de
 sus estudios.*

*Temor
 tengo.*

Vereor ne quam de tuis studiis expectationem con-
 citasti, hanc sustinere, ac tueri non possis: vereor,
 vt expectationis tua studia respondeant, ne tua studia ex-
 pectationi non respondeant, ne cum hominum opinio
 ne non consentiant, ne alium, atq. expectatur exitum
 habeant, ne, qui expectatur, fructum non pariat: ne, quo

ELEGANCIAS DE

operatur, quo expectatur, exitu concludantur.

Todos tienen por cierto que haueys de ser un hombre muy importante.

Magnum quendam, atque excellentem virum te sperant futurum, expectantur a te, quia a summa virtute, summoq. ingenio expectanda sunt, nihil humile, nihil vulgare, nihil angustum, omnia excelsa, ampla, mira, diuina proflua te expectantur.

Tenera mal.

A algunos se pesa, o parece mal, verme favorecido en esta republica.

Sunt quos meus in hac Republica splendor offndat, laedat, pungat, angat, sollicitet, afficiat, vix dolore, cura, molestia, sollicitudine afficiat, florere me dignitate, exultatione, honore, tantum honoris mihi haberi, tantum mihi dignitatis in Republica esse, auctoritatis, gratiae, exultationis, splendoris, nonnulli moleste ferunt, grauitur, acerbè, egre, inique, iniquo animo, non satis aequo animo, non facile, non leuiter, non patienter: tangit animos quorundam, sollicitos habet quosdam hic splendor meus, hae species dignitas.

Tener en misa.

Hasla hoy paco me he curado de interese, o proueeha mio
Nullam hactenus vtilitatis, meae rationem habui: nullam rationibus meis operam dedi: de vtilitate minimum laboraui: vtilitatem minimè expectaui, curaui, quaesioi, sequutus sum, nullum in vtilitate studium posui, nihil industriae locaui, nihil operae consumpsi, diligenter, commodorum meorum causa, nullam adhibui, a res meas nullam contuli, res meas diligenter administraui, tractaui.

Tener en misa.
cho. vide.
bazarc
so.

En las fides tal que ya notenga cuenta consigo.
Ha de me meritis es, ita te gessisti, ea commisisti, oucho, vide. te prebui, prestisti, et in minime mihi cura sis, nulla apud me loco sis, minimum te cure, n. minimum de te laborem, nullam prope tui curam geram, in minimis te ponam.

En cuenta con la continencia.

Caus

Cave, vide, studium a libris, consilio vivere, diligenter anima suere, adueris, attende, quam diligenter potes, ne continentia te minus transgrediare, ne longius progrediare, quam contingentia ratio prescribit, ne quos tibi continentia terminis prescribit, eos trafeas, transilias, traicias, transgrediare, pratergrediare, his excedas, ab his excedas.

Tenes malauentura si palatrum alicuius des honestu te oportet

Va tibi si turpiter aliquid dixeris, si minus honeste, si temere, parum considerate, non ut ratio prescribit, prater honestatem, contra quam conveniat, contra quam deceat, contra quam liceat, non ut conveniat, deceat, liceat, minus quam conveniat, deceat, liceat, aliter atque conveniat, deceat, liceat, si quod ex ore tuo paulo turpius verbum exciderit, si oratio tua, finibus excesserit, si, quos honestum, quos ratio, quos modestia prescribit.

Siempre tunc per certo q'alcun carissima dignidad.

Nunquam dubitavi, dubium mihi nunquam fuit, ambiguum mihi nunquam fuit, nunquam mihi venit in mentem dubitare, ambigere, suspicari, nunquam mihi fuit obscurum, aut parum apertum, nunquam suspicatus sum fore, ut hic tibi magistratus non deferretur, ut excluderis hoc magistratu, ut repulsam ferres, ut reicereris, pro certo semper existimaui, certo sum arbitratus, certa spes animum meum equis exploratum mihi fuit, per totum mihi persuasi futurum, ut ad hunc honoris gradum pervenires, ut aditus tibi ac via pateat, ne tibi unquam eunti ad hunc honorem, via precluderetur: petiti tuis tua ratio, nunquam explorata mihi non fuit, in certa dubia, ambigua, obscura nunquam fuit.

Este es el termino y fin de mis pensamientos.

Hic est terminus, huius scopus, quo inveniuntur cogitationes meae; haec est quasi meta, quo ut perveniam, elaboro, atque cuigito, huc spectat animus meus, huc

Tenor

por ciera
to.

Termino.
no.

ELEGANCIAS DE

me voluntas, huc iudicium & ratio ducit.

Tiempo

bueno

para na

uegar.

En el nauegar has te de acomodar con el tiempo.

In nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, parere te-
pori, ad rationem temporis conſilia accommodare,
quaſi ducem ſequi tempeſtatem, ſpectare quid tem-
pus poſtulet, pendere oportet á tempeſtate, ſpectanda
tempeſtas eſt. ad tempeſtatem conſilia dirigere debe-
mus, habenda tempeſtatis ratio eſt curſus nauigatio-
nis ad rationem tempeſtatum moderandus, dirigen-
dus tenendus.

Tiempo

largo.

El largo tiempo quita el dolor o la triſteza.

Dolorem minuit, ac mollit dies, temporis longi-
quitas, vetudas: quæ nobis á fortuna inſliguntur vul-
nera, ſanantur vetuitate: vis doloris cum tempore lan-
gueſcit: detrahit de dolore dies, atque adeo extinguit
omnem, planèque tollit: quouis dolore affectis, quo-
uis malo laborantibus medetur tempus, medicinam
dies affert, vetuſtas opem ſers, opitulatur, ſubuenit,
auxilio eſt, ſubſidio eſt: ſinem doloris dies affert: habet
hoc tempus, vt quemuis dolore, quamuis acriter, in ani-
mo inſitum euellat, atque abijciat: eſt hoc temporis,
vt omnem malorum memoriam, omnem aduerſam
fortune recordationem ex animo deleat, auferat, eri-
piat, expellat, amoueat.

Al tiempo conſecrando.

Al día del plazo partiremos.

Ad conſtitutam, præſtitutam, præfixam, præſcriptam
pactam diem de prouincia decedemus: ea, qua con-
ſtitutum eſt, qua conuenit inter nos, die proſciſce-
mur, in viam nos dabimus.

Verdra el tiempo en quela virtud ſera honrada.

Erit aliquando illa dies, lucebit illa dies, veniet ill-
ud tempus, lucem illam aliquando videbimus, quæ
virtutem illuſtreſcit aliquando, cum virtuti honos
habeatur, ſuſtribuatür honos, debita mercede per-
ſoluatur, locus honeſtus vbique ſit.

Atides

A todos nos ha mal en estos infelices tiempos.

*Tiempo
malos,*

Nemo est, cui rectè sit in hoc temporum miserrimo statu. in hoc tam miserrimo temporum statu, his temporibus, his tam miseris temporibus, tam iuris, tam aduersis tristibus, infauftis, iniquis, improbis, perditis, tantum alienis ab omni virtute, à bonis artibus, ab omni rectè viuendi ordine, ac ratione: in hac tam aduersa, tam dura, tam iniqua, tam misera, tam infelici temporum conditione, in tanta prauitate, atque improbitate, tatisque temporum vitijs, in his omni calamitate, omni scelerè, ac flagitio temporibus refertis, in hac omnium rerum perturbatione, malorum colluvie, doctrinarum, artiumq; liberalium perniciè.

Tanto mal esperamos, q se a mejor morir antes de verlo.

*Tiempo
de aduer
sidades.*

Ea temporum impendet conditio, vt optimè actum cum eo putem; si quis ante ex vita discesserit: omnibus omnia impendent mala, manent omnes, impendent omnibus, vrgent omnes aduentat, appropinquat, iam adest eadem calamitas; nemini rectè erit: nemo erit, cui pessimè non sit, qui pessimè se non habeat, qui hō aduersa fortuna vitatur, qui non aduersis fortunæ fluctibus iactetur: communis erit, eadem, omnium pars, simillima fortuna: suum quisque miseriarum pondus sustinebit: vexabit omnes eadem calamitas: miserrimè cum omnibus, atq; infelicitè agetur: expers malorum nemo erit, miseris nemo vacabit: malorum incendio flagrabit vnusquisq;.

Muchos en tiempo de prosperidad fueron tenidos por sabios; sin verlo.

*Tiempo
prospero.*

Mulci cum sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomē prosperis temporibus tulerunt, nati sunt, consecuti, adepti: mulci cum sapientiā haberent nullam, summam tamen possidere fecundis temporibus crediti sunt, in prospera fortuna, secunda, læta, felici, optima, fecundis rebus, rebus ad voluntatē fluentibus: cum nihil esset aduersi, cū rebus omnibus esset optimè.

cum

ELEGANTIAS DE

cum omnia facillimo cursu procederant, iucundissimis, et iucundissimis, optimis temporibus.

**Tiempo
bueno.**

En haues buen tiempo nos embarcamos.

**Todo lo
manda.**

Quae prima nauigandi facultas lata est, ea utemur: nacti tempestatem opportuna, illosa, aptam, minime auersam, prosperam, secundam discedimus, soluemus, proficissemus, vela faciemus.

La el tu autem.

Potestas, cum potestas, omnia sunt, est imperandi ius, est omnibus imperium; dominatur, imperat, regnat, tenet, omnia; rem tenet publicam: arbitrato suo, cuncta moderatur, ac regit: eius in manu sunt omnia: eius ita potestas late patet, ut omnia complectatur: eius dominatio nihil vacat, ad eum omnia sunt delata: eius voluntas pro legibus est, ab eius voluntate, ac nutu pendunt omnes, omnia posita sunt in vnius voluntate.

Me or a b uir l l mo, que no mander a malos

Tanti non est, multis mortalibus, imperare, quanti nobiscum hic vitam ducere.

To mandau, y agora me mandan.

Se debam in puppi, clauumque tenebam: nunc vix est, in sentina locus: libertate seruitute commutauit: a summo potestatis in infimum seruitutis locum decidi, deiectus, deturbatus, detrusus, depulsus a fortuna summi imperandi meum erat: nunc me seruiendi necessitas premit, dominatum, & cum dominatum libertatem perdidit tantum abest, ut imperet, ut nec liber sim.

Torpar.

Por ejemplo como amigo, y le saldre al encuentro.

Obuiam ibo, obuiam procedam, occurram, ut officium amicitiae debitum persoluam, ut id praestem quod amicitia postulat.

Tornar.

Al fin boluio a su patria.

Aliquantis, denique denum post diuturnum tempus, longo temporis intervallo, cum temporis multum iam abisset, transacto iam multorum annorum spatio, rediit, reuertit, reuersus est, recepit se ad suos lares, pa-

eria

ffia incunabula patrius sedes.

Non pensando me vueluo al tortigo.

Redeo, reuertor, reuerto, refero me ad rus, repeto rus insciens, imprudens, inscienter, preter voluntatem, pedes me ad rus inscientem referunt.

Mucho he sentido, que los que tanto os hacen de den Trabajo o Pesar.

Valde sum commotus cum ego audiui negotii tibi facessere, molestiam exhibere, molestos esse, insensibiles esse sollicitudine inferre, te vexari iniurias accipere, affici molestia ab his, de quibus ipse benemeritus es, maxime cui summa tibi beneficia debent.

Esse es en negocio muy fatigoso.

Hæc magni negotii res est, admodum operosa, occupationis non exigua, eiusmodi, ut curam, ac diligentiam non mediocre postulet, non leuiter curanda, non frigide, aut languide agenda, tractanda videatur.

Tienetrato en Milan.

Mercadea en la ciudad de Milan.

Mediolani negotiatur, habet negotia, gerit negotia, mercaturam exercet, res agit, negotia tractat.

Estos campos pagan alcavala, pagan tributo.

Fructuarii sunt hi, qui non sunt in munes tributum solvunt, publice aliquid pendunt, vectigales sunt.

Estoy muy triste y congojado.

Tristis valde sum, animi dolore torquer, hilaritas a me omnis abest, mæror sum, mus ad me venit, mærore premor grauisimo, mærore laceror, vigeo, affligor, conficior, iaceo, veror in mærore, ac sorditus, dedi me totum mærori, tristitia me totum tradidi, mærorem suscepi, mærorem sustineo, quantum ferre vix possim: lacer animus meus mærore oppressus: nihil me tristius, mæror meus non is est, quem vlla ratio mitigare, lenire, nolle, sanare, minueres, auferre, demere, eripere, consolari, leuare, abstergere, exhaustire possit. Quibus autem verbis mæror, ipsum ad-

Trabajo

Trabajo

Trasegar.

Tributo.

Tristeza.

ELEGANCIAS DE

fungi potest mœstitia, tristitia, animi dolor, animi cura, animi sollicitudo, angor.

Vacatio

mes.

q. 22

Hora es de vacaciones y de descansar en los estudios.

Ferriari licet à studiis, studia interrompere, studia paullulum deponere.

Agora no hay trato Cessin negociôs.

Quies nunc à negotiis est, quiescunt negotia, prolata res sunt: negotia non geruntur, negotiorum nihil est, rerum nihil geritur, quiescunt homines à negotiis, ferriant à negotiis, vacatio est à rebus gerendis, vacationem à rebus, quietem à negotiis concedit teinus.

En todo lo que se ofreciere me amparare, e serviré de vuestro hermano.

Vtar ad omnia tuo fratre, vtar opera tui fratris in omni re, confugiã ad fratrem tuum: si quod erit agendum, fratri tuo committam, ad fratrem tuum referam, in fratrem tuum reiciam, eius consilium petam, operam exposcam.

Valero-

se o Sa

lientia.

No he conocido hombre mas esforçado.

Neminem cognoui fortiozem, validiorem, in quo plus roboris, firmitatis, virium inesset, qui firmior esset à viribus: qui virium firmitate præstaret, qui robore corporis illum anteciret, qui viribus magis valeret, cuius esset præstantior fortitudo.

Grã benra gano en defender con tanta esfuerso su patria.

Egregia laude se dignum ostendit, summam laudem consecutus est, quia patriam fortiter tutatus est, acriter, strenuè, vehementer, acerrimum se patriæ defensorem præbuit, hostibus patriæ suum corpus obiecit, opposuit, ita pro patria iugnauit, vi fortitudinis laudem tulerit, prælia sustinuit pro patria: vires omnes ad salutem patriæ tuendam contulit, pro salute patriæ defendenda contendit omnes nervos.

En fuerças ninguno os excede.

Tam

Tam firmus, tam validus, tam fortis, tam robustus, quam qui maximè: ita paratus es à viribus, vt nemo magis: viribus vales. nemo tibi viribus superior est: præstat, antecellit, superiorem viribus neminè habes, paucos parès, firmitate corporis excellis, vires inter sunt firmissima, viriū, roboris, neruorū in te plurimū est, egregie robustus es, validus, firmus, fortis.

Amigo soys del inuandades.

*Vani-
dad.*

Rebus leuioribus tuū studiū das, tibi placent leuitates: contēplaris, sequeris, amas inania: contulisti tuū studiū ad res inanes. colis ea, quæ non consistunt, nihil habent firmitudinis, nihil grauitatis, nihil ponderis, inania sunt, leuia, nullius ponderis, infirma, minime solida: amas ea, quæ solidum nihil habent.

No he Gisso hombre mas Vano.

Vano.

Vaniorem, inaniorem, leuiorem, dementiorem vidi neminem: nihil est in eo grauitatis: nihil est illo inanius, vento lenior es, aëre inanior.

A la Vejez de los Padres ayoja en la juventud de los hijos.

Vejez.

Parentum ætas ingrauescens, filiorum in adolescentia conquiescit: parentum imbecillitas, filiorum nititur adolescentia: parentum senectutē sulcit, ac sustentat filiorum adolescentia: subsidio est labentibus parentum viribus adolescentia liberorum: senio parentum subueniunt adolescentes filij.

No hay pecado mas nefando q̃ herir el hijo al padre.

*Vella-
queria.*

Nullum crimen, piaculum, scelus grauius est, aut detestabilius, quam patri manus afferre, vim inferre: maximo se astringit scelere, graue piaculum admittit, impio facit, qui parentem violat lædit, qui violat eam pietatem, quæ parenti debetur: nullum scelus abest ab eo scelere, in vno illo scelere omnia insunt scelera, cum parenti vis inferitur.

He Velado toda la noche.

Velat.

Somnū hæc nocte nunquā vidi, oculis nunquā vidi meis, capere nunquam potui: sonans hæc nocte meus

I. ELEGANCIAS DE

meos de alio effugit, aufugit a meis oculis, nunquam se obtulit oculis meis, retexit a meis oculis noctem in solenne duxi, in somnia laboravi: perpetua vigilia sum vexatus: spatium noctis vniuersum per uigilaui, soporem nam quā gustavi, nunquam quiesui, quies nunquam data est, omnes mihi noctis partes vacuæ somno, ex partes somni, sine somno fuerunt.

V. Cicer. Con poto trabajo venci a los dios.

Lat. Ne uictusque facile regit, atque abiecti, nullo negotio robusti, victoriam ex utroq. tuli: victoria sum potius, necque mihi uictus cessit.

gent. Caesar fecit lo en batalla a Pompeio, aun q'tenia menos. Caesar, Pompeium, cum exercitū ipse haberet multo-
tis partibus infestiorē pugna tamen fregit, praelio superauit, acie vicit, sudit, fugauitq. copias eius profligauit, fugam coniecit, conuertit, victoria est potius, victoriam laulio, obtinuit, consecutus est, adeptus est.

V. Egar. Agrausa dome haueys: pero ora veda q'me vengaré.

Lat. Inique mecum egisti, sed erit cum tibi idem reponam, iniuriam fecisti, iniuriam aduersus me intulisti, iniuria me affecisti, lacessisti, prouocasti, iniuriose me tractasti, acerbe, inique, amare, contra iura omnia, aduersus iustitiae leges, contra quam iustitia praescribit, sed parum aliquando gratiam referam, parite munere remunerabor, par pari referam, merita meritis compensatio.

El mismo a becho en si lo que otros haniamos de hazer.

Notitram vicem ultus est ipse sese: quem hostem, eundem sumus ultorem habuimus: eundem & iniuriam aduersus nos: & iniquitatis, atque iniuriarum vindicem habuimus: ultor fuit, ac punit: doloris nostri quod nostrum erat ipse effecit, et iniurias nostras in se ipso vindicaret, vlcisceretur, perlequeretur.

V. Petrar. Ninguno ha y que siempre se venturoso.

Quis est, qui nihil in vita mali videat, nihil sustineat incommodi, nullam ferat calamitatem: cuius est perpetua

perpetua felicitas, nullis interrupta malis: nemo fortuna vititur perpetuo bona: ut mini res ad voluntatem semper fluunt: nemo est, cui prospere omnia succedant, nihil contra voluntatem eueniat, nullum accidat infortunium, secunda sint omnia, optata omnia contingant.

No hay ventura a dicha que con la suya yguale.

Tuas fortunas nemo superat: a quas cunquam fortunas, prospere tecum agitur, sic ut inuidere nemini possis, felicitate conferri tecum fortasse multi, praferri tibi, anferri, praeponi, anteponi certe nemo potest, ea fortuna videris, quae potest esse maxima: ita beatus es, ut nemo magis ijs vel ornamentis, vel praefidiis redundas, quibus maiora esse nulla possunt: nihil non optabile consecutus es: nihil ad felicitatem tibi deest: ita possides, ac tenes, quae beatam vitam efficiant: quae sunt in vita expetenda, quae qui possidet, fortunam accusare nullo pacto possit, nullius fortunam sibi exoptare debeat: nemo est paratior ab ijs rebus, in quibus sita felicitas est: rebus omnibus affluens: non est quod quidemam desideres: optimus est seruum tuarum status: tibi satis est vel ingenij vel fortunae ad bene, ita teq. viuendum animi, & fortunae bona sic in te sunt, ut in nullo magis;

Mas cuanto tengo con la Verdad que con la amicitia.

Verdad

Veritati plus, quam amicitiae, tribuo: maiorem habeo veritatis, quam amicitiae, rationem: plurius est apud me veritas, quam amicitia: amicitiae veritati enim antepono locum apud me honestiorē veritas obinet, quam amicitia: apud me cedit amicitia veritati: nihil amicitiae largior, nihil veritati nego.

Vestido

Vestido a uso de España.

Ornatu Hispanienti. Hispanorum more, indutus more Hispanienti, speciem hominum Hispanorum vestitū referens, praefereus, ut in Hispania solet, ut Hispaniae mos & consuetudo sit.

ELEGANCIAS DE

*Ver de
lexos.*

Los sabios dende lexos veen lo que ha de asacer.

